illud negat. Sicut ergo scōm substantiā aio homo est: sic scōm substantiā nego cum dico: nō homo est. Et cū queritᵏ quātus sit: ꝛ aio q̄drupedalis est: id ē quattuoꝛ pedū: scōm quātitatē aio: q̄ dicit nō quadrupedalis ē: quātitatem negat. Candidus est: scōm qualitatē aio non candidus est: scōm qualitatē nego. Proꝓinquus est: scōm relatiuū aio: nō ꝓpinquus est: scōm relatiuū nego. Scōm situm aio: cuꝫ dico iacet: scōm situm nego: cum dico non iacet. Scōm habitum aio: cum dico armatus ē scōm habitum nego. cum dico non armatᵘˢ ē. Tantundem autem valet si dicam inermis ē. Scōm tempus aio: cum dico hesternus est: secundū tempus nego: cum dico non hesternᵘˢ est. Et cum dico rome est: scōm locum aio. et scōm locum nego. cū dico non rome est. Secundū id qō est facere aio: cū dico cedit. si autem dicam nō cedit: scōm id quod est facere nego. vt ostendam non hoc facere. Et cū dico vapulat: scōm p̄dicamentū aio: quod patiuocatur: ꝛ scōm id nego: cum dico non vapulat. Et omnino nullum p̄dicamenti genus ē scōm qō aliquid aire volumus: nisi vt scōm id ipm p̄dicamentum negare conuincamur: si ꝓponere negatiuā pticulā voluerimus. Quecum ita sint: si substantialiter airem: dicendo filius: substantialiter negarem: dicendo non filius. Quia vero relatiue aio: cum dico filius est: ad patreꝫ refero: relatiue nego: si dico nō filius est. Ad parentem enim eandem nagationem refero: volens ostendere q̄ ei parens non sit. Atsi quantum valet qō dicitur filius: tantundem valet qō dicitur genitus: sicut ꝓlocuti sumus. Tantundem ergo valet qō dicitur non genitus: q̄tum valet qō dicitur nō filius. Relatiue aūt negamus dicēdo non filius: relatiue igitur negamus dicēdo nō genitus. Ingenitus poꝛro quid est nisi nō genitᵘˢ? Nō ergo recedit a relatiuo p̄dicamēto: cū ingenitus dicit. Sicut eī genitus nō ad seipm dicit sed q̄ ex genitoꝛe sit: ita cū dicit ingenitus: nō ad seipm dicit: sed q̄ ex genitoꝛe non sit ostēdit. In eodē tū p̄dicamento qō relatiuum vocat: vtraq; significatio vertit. Quod aūt relatiue pnūciat: nō indicat esse subam. Ita q̄uis diuersum sit genitus ꝛ ingenitᵘˢ: nō indicat diuersam subam. q̄ sicut filius ad patrem ꝛ nō filius ad nō pr̄em referᵗ: ita genitᵘˢ ad genitoꝛē: ꝛ nō genitus ad nō genitoꝛē referatur necesse est.

Q̄ in trinitate deitatis quicqd ad se dicit vnaquecq; psona indifferens atq; cōmune sit: ꝛ vnam significet eandemq; subam.

Ca. VIII.

Quapꝛopter illud p̄cipue teneamus q̄cqd ad se dꝛ p̄stantissima illa diuina sublimitas subaliter dici. Qō aūt ad aliq̄d nō sbalit: ꝑ relatiue: rantāq; vim eē eiusdem sbe in pr̄e ꝛ filio ꝛ spūsancto: vt quicqd de singulis ad seipos dꝛ nō pluraliter: ꝑ singlariᵗ accipiaᵗ. Quē admodū eī pr̄ deᵘˢ ē: ꝛ filiᵘˢ deᵘˢ est: ꝛ spūsctūs deᵘˢ est: qō ꝝ sbam dicit nemo dubitat: nō tū tres deos: ꝑ vnū deū dicimᵘˢ: eā ipam p̄stantissimā trinitatē. Ita magnᵘˢ pater magnᵘˢ filiᵘˢ: magnᵘˢ spūsctūs. non tū tres magni: ꝑ vnᵘˢ magnᵘˢ. Nō eī de pr̄e solo: sic illi puerse sentiūt: ꝑ de pr̄e ꝛ filio ꝛ spūsctō scriptū est. Tu es deᵘˢ solᵘˢ magnᵘˢ ꝛ bonᵘˢ pr̄: bonᵘˢ filius: bonᵘˢ ꝛ spūsctūs. nec tres boni: ꝑ vnᵘˢ ē bonus: de q̄ dictū ē. Nemo bonᵘˢ nisi solᵘˢ dꝰ. Et ei dñs Jesus ne ab illo q̄ dixerat magr̄ bone: tāq; hoiem ꝓpellās: ꝝ hoiem tm̄m̄ intelligereᵗ iō nō ait. Nemo bonᵘˢ nisi solᵘˢ pr̄: sed nemo bonus nisi solᵘˢ deᵘˢ. In pr̄is eī noīe: ipe ꝓ se pr̄ pnūciaᵗ. In dei vō ꝛ ipe ꝛ filiᵘˢ ꝛ spūsctūs: quia trinitas vnᵘˢ dꝰ. Situs vō ꝛ habitus ꝛ locata ꝛ tpa nō ꝓpꝛie ꝑ translate ac p̄silitudies dicuntur i deo. Nam ꝛ sedere sup cherubin dꝛ: qō ad situ dicit. Et abyssum tanq; vestimentū amictus qō ad habitū. Et anni tui nō deficiēt: qō ad tpa. Et si ascēdero in celum tu ibi es: qō ad locum. Qō aūt ad faciendū attinet: fortassis de solo deo verissime dicaᵗ. Solᵘˢ eī deᵘˢ facit ꝛ ipe fit: neq; patit q̄tū ad eī sbam ptinet q̄ deᵘˢ est. Itaq; omps pr̄: oīpotens filiᵘˢ: omps spūsctūs nec tū tres oīpotētes: ꝑ vnᵘˢ omps. Et q̄ oīa: ꝓ quē oīa: ī q̄ oīa: ipi gla. Quicqd q̄ ad seipm dicitur deᵘˢ: ꝛ de singulis psonis singlr dꝛ: id ē de pr̄e ꝛ filio ꝛ spūsctō: ꝛ sic dꝛ ipa trinitate: nō ꝓpaliter ꝑ singulariᵗ dꝛ. Qm̄ q̄ppe nō aliud ē deo esse: ꝛ aliud magnū esse: ꝑ hoc idē illi ē: ꝛ eē ꝛ magnū esse. Propterea sic nō dicimᵘˢ tres eēntias: sic nō dicimus tres magnitudines. ꝑ vnam essentiā ꝛ vnā magnitudinē. Essentiaz dico: que vsia grece dꝛ: quā vsitatius subam vocamus. Dicūt quidē ꝛ illi hypostasim: sed nescio quid volūt interesse inter vsiaz ꝛ hypostasim ita vt plericq; nostrū q̄ hec greco tractant eloquia dicere ꝓsueuerūt: mian vsian tris hypostasias: qō est latine vnam eēntiā tres subas.

Qua necessitate tres psone in trinitate dicantur.

Capitulum. IX.

Sed qr̄ nr̄a loquēdi ꝓsuetudo iaz obtinuit vt hoc intelligaᵗ cū dicimᵘˢ essentiam: qō intelligiᵗ cū dicimᵘˢ subam: nō audemus dicere vnā essentiā tres substantias: ꝑ vnā essentiam vel subam: tres aūt psonas. Quemadmodū multi latini ista tractantes ꝛ digni auctoꝛitate dixerunt: cum aliud

q

Ps. 79
Ps. 103
Ibid. 101
Ibid. 138
Rom. 11.

modum aptiorem non inuenirent quo enun
ciarẽt verbis qđ sine vbis intelligebãt· Reuc
ra eñ cũ pater nõ sit filius: ⁊ filius nõ sit pater
⁊ spũssanctus ille q etiaz donũ dei vocaꝛ: nec
pr̃ sit nec filꝰ: tres vtiqz sunt· Jõqz pluraliter
Joh·10 dictũ est· Ego ⁊ pr̃ vnũ sumꝰ· Nõ ei dixit: vnũ
est· qđ sabelliani dicũt: ꝑ vnum sumꝰ· Tñ cum
querik̃ qđ tres: magna ꝓlus inopia hũanum
laboꝛat eloquiũ· Dictũ est tñ tres ꝓsone: non
vt illud diceret: ꝑ ne taceretur·

De vera magnitudine cuius pticipatione
sunt magna q̃cũqz magna· Capitulũ· X·

Jcut ergo nõ dicimꝰ tres essentias:
s ita nõ dicimꝰ tres magnitudies: ne
qz tres magnos· Jn rebus eñ q̃ pti-
cipatione magnitudinis magne sunt: q̃bus ẽ
aliud esse: aliud magnas esse· sicut magna do
mus: ⁊ magnꝰ mons: ⁊ magnus animus· Jn
his g̃ rebꝰ aliud ẽ magnitudo: aliud qđ ab ea
magnitudine magnũ est: ⁊ ꝓlius nõ hoc ẽ ma
gnitudo qđ est magna domꝰ· Sed illa est ve-
ra magnitudo qua nõ solũ magna est domus
q̃ magna est: ⁊ qua magnus est mons quisqs
magnus est: ꝑ etiã q̃ magnũ est q̃cq̃d aliõ ma-
gnum oꝛ: vt aliud sit ipa magnitudo: aliõ ea q̃
ab illa magna dicunk̃· Que magnitudo vtiqz
primitꝰ magna est: multoqz excellentiꝰ q̃ ea q̃
pticipatione eius magna sunt· Deus autem:
qz nõ ea magnitudie magnus est q̃ nõ est qđ
ipe: vt q̃si pticeps eius sit deus cũ magnus est:
alioquin illa erit maioꝛ magnitudo q̃ deus: deo
aũt nõ est aliq̃d maius· Ea igik̃ magnitudine
magnꝰ est q̃ ipe est eadẽ magnitudo· Et iõ sic̃
si dicimꝰ tres essentias: sic nec tres magnitu-
dines· ꝟ est eñ deo esse qđ magnũ esse· Eadẽ
cã nec magnos tres dicimꝰ: ꝑ vnũ magnũ: qz
nõ pticipatione magnitudinis deꝰ magnꝰ est
sed seipo magno magnus ẽ: qz ipe sua est ma-
gnitudo· Jhoc ⁊ de bonitate: ⁊ de eternitate: ⁊
de oipotẽtia dei dictũ sit: oibusqz oino p̃dica-
mẽtis q̃ de deo pñt ꝓnũciari: qđ ad seipm dici
tur: non trãslate ac p similitudinẽ ꝑ ꝓprie: si tam
de illo ꝓprie aliq̃d dici oꝛe hoc põt·

Relatiue nõ subaliter dici: quicq̃d aut pat:
aut filius: aut spũsctũs ꝓprie noiaꝛ· Ca·XI·

Quod aũt ꝓprie singula in eadẽ trini
q tate dicunk̃: nullo mõ ad seipa: ꝑ ad
inuicem: aut ad creaturã dicuntur·
⁊ iõ relatiue nõ subaliter ea dici manifestũ est·
Sic eñ trinitas vnus deus dicik̃: magnus: bo
nus: eternus: oimipotẽs: ideoqz ipe sic sua di
ci põt deitas: ipe sua magnitudo· ipe sua boni
tas: ipe sua eternitas: ipe sua omnipotentia·
Non sic põt dici trinitas pater: nisi forte trãsla
te ad creaturam ꝓpter adoptõem filioꝝ· Qđ
eñ scriptũ est: Audi israel dñs deꝰ tuus: deꝰ Deut·6
vnus est: nõ vtiqz excepto filio: aut excepto
spũssancto oporꝛtet intelligi quẽ vnũ dñm de
um nostrũ recte dicimus: etiã patrẽ nostruz
ꝑ gratiam suã nos regenerantez· Trinitas
aũt filiꝰ nullo modo dici põt· Spũs vo scũs
fm q scriptũ est· Qñ deus spiritus est: põt Joh·4
quidem vniuersaliter dici: qz ⁊ pater spiritꝰ
⁊ filius spũs: ⁊ pater sanctꝰ: ⁊ filius sanctus·
Jtaqz pater ⁊ filius ⁊ spiritussanctus: quoni
am vnꝰ deus: ⁊ vtiqz deus sanctꝰ ẽ: ⁊ deꝰ spi-
ritus ẽ: põt apellari trinitas ⁊ spũssanctus·
Sed tñ ille spũssanctus qui nõ trinitas: ꝑ in
trinitate intelligik̃: in eo q ꝓprie dicik̃ spũs-
sanctus relatiue dicik̃: cũ ⁊ ad patrẽ ⁊ ad filiũ
referk̃: quia spũssanctꝰ ⁊ patris ⁊ filij spi
ritus est: sed ipsa relatio nõ apparet in ꝟ no-
mine: apparet aũt cũ dicik̃: donũ dei· Donuz
eñ est patris ⁊ filij: quia ⁊ a patre ꝓcedit: sic̃ Joh·15
dñs dicit· Et qđ apls ait: Qui spñ christi nõ Roma·8
habet: hic nõ est eiꝰ: de ipso vtiqz sanctospiri
tu ait· Donũ ergo donatoꝛis: ⁊ donato: do-
nũ: cum dicimus: relatiue vtrũqz ad inuicem
dicimus· Ergo spiritussanctus ineffabilis ẽ
quedã patris filijqz cõmunio: ⁊ ideo fortasse
sic apellak̃: quia patri ⁊ filio põt eadẽ apel-
lario cõuenire· Nã hoc ipse ꝓprie dicik̃: qđ il
li cõmuniter: quia ⁊ pater spũs: ⁊ filius spũs
⁊ pater sanctus: ⁊ filius sanctus· Et g̃ ex no
mine qđ vtiqz cõuenit: vtriusqz cõmunio si
gnificek̃: vocak̃ donũ amboꝝ spũssanctꝰ· Et
hec trinitas vnꝰ deus: deus solus: bonꝰ: ma
gnus: eternꝰ: oñipotẽs· Jpe sibi vnitas: dei
tas: magnitudo bonitas: oñipotẽtia·

De relatiuis que referri ad inuicem ne-
queunt cũ tñ relatiua sunt· Ca·XII

Ec mouere debet: qñ dixim⁹ rela-
n tiue dici spñscñ: nõ ipam trinitatẽ
sed eum qui est in trinitate: quia ñ
ei videk̃ vicissim respondere vocabulũ eius
ad quẽ referk̃· Nõ eñ sicut dicimꝰ: seruũ dñi
⁊ dñm serui: filiũ patris ⁊ patrẽ filij: qñ ista re
latiue dicunk̃: ita etiã hic possumus dicere·
Dicimus eñ spñscñ patris: sed nõ vicissim
dicimus patrem spũssancti: ne filius eius in
telligaꝛ spũssanctus· Jtem dicimꝰ spñscñ
filij· sed nõ dicimus filium spũssancti: ne pat
eius intelligaꝛ spũssanctus· Jn multis enim
relatiuis hoc contingit: vt nõ inueniaꝛ vo-
cabulum quo sibi vicissim respondeant que
ad se referunk̃· Quid eñ tam manifeste re-
latiue dicik̃ q̃ pignus: Ad id q̃pe referꝛ pig-
nus cuiꝰ est pignus: ⁊ semp pignꝰ alicuius

rei pignus est· Nō ergo cū dicimus pign⁹ patris ⁊ filij: possumus vicissim dicere: patrem pignoris aut filiū pignoris· At ergo cū dicimus: donum patris ⁊ filij: nō quidem dicere possumus patrē doni: aut filiū doni: sed vt hꝫ sibi vicissim respondeant: dicimus donū donatoris: ⁊ donatorē doni: quia hic potuit inueniri vsitatū vocabulum: illic nō potuit·

Trinitatē deū: nō tria pncipia sed vnuz esse pncipium: quia ⁊ pater ⁊ filius ⁊ spirit⁹ sanctus vn⁹ creator est sicut vnus dñs·

d Jcit ergo relatiue pater: idēqꝫ relatiue dicit pncipiū: etsi q̄d forte aliud: ꝫ pater ad filium dicit: pncipiū vero ad oīa que ab ipso sunt Item dicit relatiue filī⁹: relatiue dicit ⁊ verbum ⁊ imago· Et in oīb⁹ his vocabulis ad patrem refert· Nihil aūt horū pater dicitur· Joh·8 Et pncipiū dicit filius: cū eī dicerēt ei· Tu quis es: rñdit: pncipium qui ⁊ loquor vobis Sed nūquid patris pncipiū? Creatorem se quippe ostendere voluit: cū se dixit esse pncipium: sicut ⁊ pater pncipiū est creature: eo qꝫ ab ipso sunt oīa· Nam ⁊ creator relatiue dicit ad creaturā: sicut dñs ad seruū· Et ideo cum dicim⁹ ⁊ patrē pncipiū ⁊ filiū pncipium nō duo pncipia creature dicimus: q: ⁊ pat et filius simul ad creaturā vnū pncipiū est: sicut vnus creator: sicut vn⁹ deus· Si aūt quicqd in se manet ⁊ gignit aliqd vel opat: pncipiū est ei rei quā gignit: vel ei quā opat: nō possumus negare etiā spūm scm recte dici pncipium: quia nō eū sepamus ab appellatiōe creatoris· Et scriptū est de illo qō opetur ⁊ in se vtiqꝫ manēs opat· Nō eī in aliquid eorum Loꝝ·12 que opat: ipse mutat ⁊ vertit· Et que operatur: vide apl'm· Unicuiqꝫ aūt inquit dat manifestatio spirit⁹ ad vtilitatē: Alij quidē dat p spiritū sermo sapientie: alij sermo scientie fm eundē spūm· Alteri aūt fides in eodē spiritu: alij donatio curationū in vno spiritu: alij opatio ꝛtutū: alij pphetia: alij iudicatio spirituū: alij genera linguarū· Omnia aūt hec opat vnus atqꝫ idē spūs: diuidens ppria vnicuiqꝫ put vult· vtiqꝫ sicut deus· Quis enim tanta illa pōt opari nisi deus? Idē aūt de⁹ q̄ opat oīa in oīb⁹· Nam ⁊ sigillatim si interrogemur de spūscō: verissime respondemus: qꝫ deus sit: ⁊ cū patre ⁊ filio simul vnus deus ē· Unū ergo pncipiū ad creaturā dicit deus: nō duo vel tria pncipia·

Quomodo in trinitate: ⁊ pater ad filium pncipium sit: et pater ⁊ filius ad spiritūsanctum·

La·XIIII·

a D se aūt iuicē in trinitate si gignēs ad id qō gignit pncipiū est: pat ad filium pncipiū est: quia gignit eum: Utrū aūt ⁊ ad spūscm pncipiū sit pater: qm̄ Joh·15 dictū est: de patre pcedit: nō qua questio est Quia si ita ē: nō iā pncipiū ei tantuz rei erit quā gignit aut facit: sed etiā ei quā dat· Ubi ⁊ illud elucescit: vtpote: qō solet multos mouere: cur nō sit filius etiā spūsscūs: cū ⁊ ipe a patre exeat: sicut in euāgelio legit· Exit eī Joh·16 nō quō natus: sed quō datus: ⁊ ideo nō dicit filius: quia neqꝫ natus est sicut vnigenitus: neqꝫ factus vt p dei gratiā in adoptionē nascerēt: sicuti nos· Qō eī de patre natum ē: ad patrē solum refert: cū dicit filius: ⁊ ideo filius patris ē: ⁊ nō noster· Qō aūt datum ē ⁊ ad eū qui dedit refert: ⁊ ad eos quibus dedit· Itaqꝫ spūssanct⁹: nō tīn patris ⁊ filij qui dederunt: sed etiā noster dicit qui accepim⁹ Sicut dicit dīi salus q̄ dat salutē: eadē etiaz nostra salus est qui accepimus· Spūs ergo ⁊ dei est q̄ dedit: ⁊ noster q̄ accepimus· Non ille spūs noster quo sumus: quia ipe spūs est 2·Loꝝ·2 hominis q̄ in ipso est: sed alio modo iste noster est quo dicim⁹: ⁊ panē nostruz da nobis: Mat·6 quāqꝫ ⁊ illū spm̄ qui hoīs dicit: vtiqꝫ accepimus· Quid eī habes inqt apl's: qō nō acce j·Loꝝ·4 pisti? Sed aliud est qō accepimus vt essem⁹: aliud qō accepimus vt sancti essemus· Eī scriptuz est ⁊ de Johe: qꝫ in spiritu ⁊ virtute Luc·j helie veniret: dictus est helie spūs: scz spūs quē accepit helias: hoc ⁊ de moyse intelligē dum est: cum ait ei dñs· Tollā de spiritu tuo: Rume·ij ⁊ dabo eis: hoc est: dabo illis de spūscō quem iam tibi dedi· Si ergo ⁊ qō dat: pncipiū habet eum a quo dat: quia nō aliunde accepit illud qō ab ipso pcedit: fatendū est patrez ⁊ filiū pncipiū eē spūssancti: nō duo pncipia Sed sicut pater ⁊ fili⁹ vnus de⁹: ⁊ ad creaturam relatiue vnus creator ⁊ vnus dñs: sic relatiue ad spm̄sanctū vnū pncipiū· Ad creaturam vero pater ⁊ filius ⁊ spūssanctus vnū pncipiū: sicut vnus creator ⁊ vnus dñs·

Quō in spiritusancto etiam anteqꝫ dare tur: possit doni nomen intelligi: vt ei semper non aliud fuerit donum esse qꝫ impium esse·

La·XV

i Uterius autem quaeritur: vtrū quēadmodū filius nō hꝫ tantū habet nascendo vt filius sit: sz omnino vt sit: sic ⁊ spiritussanctus eo quo datur habeat: non tantū vt donū sit: sed omnino vt sit· Utrū ergo erat anteqꝫ daretur: sed nondum erat donum: an eoipso quo daturus erat eum deus: iam donum erat ⁊ an-

tecꝫ darek: Sed si nō ꝓcedit nisi cuꝫ dak: nec ꝓcederet vticꝫ priusꝫ esset cui darek: quō iā erat ipsa substātia: si nō est nisi quia datur: sic filius nō tm̄ vt sit filius quod relatiue dicitur sed nō oīno vt sit ipsam substantiā nascendo habet: An semꝫ ꝓcedit spūssanctus ꝛ nō ex tempe: sed ab eternitate ꝓcedit. Sꝫ ꝺa sic ꝓcedebat vt esse donabile iam donū erat ꝛ anteꝫ esset cui darek. Aliter em̄ intelligik cum dicik donum: aliter cum dicik donatum. Nam donū pōt esse ꝛ anteꝫ dek: donatū aūt nisi datū fuerit: nullo modo dici potest.

De appellationibus relatiuis que nō ad deum. sed ad creaturam referende sunt: qm̄ deo nihil accidit. Ca. XVI

n Et moueat ꝙ spūssc̄us cū sit coeternus patri ꝛ filio: dicik tm̄ aliꝗd ex tēpore: veluti hoc ipm̄ qō donatū diximus. Nam sempiterne spūs donū: tpalik autem donatum. Nam etsi dns nō dicik: nisi cuꝫ iam habere incipit seruū: etiā ista appellatio relatiue ex tempe est deo. Non em̄ sempiterna creatura est: cuiꝰ est ille dns. Quō ꝙ obtinebimus nec ipsa relatiua eē accidentia: qm̄ nihil accidit deo tempaliter: quia nō est mutabilis: sicut in exordio huiꝰ dispuratiōis tractauimus. Ecce dn̄m esse nō sempiternū habet: ne cogamur etiā sempiternā creaturam dicere: qꝛ ille sempiterne nō dnāret: nisi etiam ista sempiterne famularek. Sicut aūt nō potest esse seruus qui nō habet dominū: sic nec dns qui nō habet seruum. Et quisquis extiterit qui eternum quidem deū solū dicat: tēpora aūt nō eē eterna ꝓpter varietatē ꝛ mutabilitatem: sed tempa tamen nō in tempore esse cepisse. Nō em̄ erat tempus anteꝫ inciperent tpa: ꝛ ideo nō in tpe accidit deo vt dns esset qꝛ ipsorū tpm dns erat: que vticꝫ n in tpe esse ceperūt: ꝙd rn̄ debit de hoīe ꝙ in tpe factus est: cuiꝰ vticꝫ dns non erat anteꝫ esset cui esset? Certe vel vt dns hois esset ex tempore accidit deo. Et vt ois auferri videatur cōtrouersia: certe vt tuus dns esset aut meus: qui modo esse cepim⁹ ex tempore accidit deo. Aut si ꝛ hoc ꝓpter obscurā questionem anime videk incertū: quid vt esset dns populi israel? Quia etsi iam erat anime natura quā ille populus habebat: quod modo nō querimus: tm̄ ille populus nondum erat. ꝛ qm̄ esse cepit apparet. Postremo vt dns eēt huiꝰ arboris ꝛ huiꝰ segetis ex tempe accidit quo modo esse ceperunt. Quia etsi materies ipa tam erat: aliud est tm̄ dn̄m esse materie aliud esse dn̄m iam facte nature. Alio em̄ tēpore est etiā homo dns ligni: ꝛ alio tpe dns ē arce: cuius ex ipo ligno fabricate qō vticꝫ nō erat: cum ligni dns iam esset. Qm̄ igik obtinebimus nihil fm accidens dici deū: nisi ꝺa ipsius nature nihil accidit quo mutek: vt ea sint accidentia relatiua: que cū aliqua mutatione rerū de quibus dicunk: accidunt. Sic amicus relatiue dicitur: necꝫ em̄ esse incipit nisi cum amare cepit. Fit ergo aliqua mutatio voluntatis vt amicus dicak. Rūmus aūt cum dicitur ꝑcium relatiue dicik: nec tm̄ mutatus est cum esse cepit preciū: necꝫ cum dicitur pignus. ꝛ si qua sunt similia. Si ꝙ nūmus potest nulla sui mutatione multotiens dici relatiue: vt necꝫ cuꝫ incipit dici: necꝫ cū desinit: aliquid in eiꝰ natura vel forma quā nūmus est mutationis fiat: ꝙto facilius de illa incōmutabili dei substantia debemus accipere: vt ita dicatur relatiue aliquid ad creaturam: vt cuius tempaliter incipiat dici: nō tamen ipsi substantie dei accidisse aliquid intelligatur: sed illi creature ad quam dicik. Ps. 89 Domine inquit refugium factus es nobis. Refugium ergo nostrum deus relatiue dicik. ad nos ei refertur. ꝛ tūc refugiū nostrū fit. cū ad eū refugimus. Nunꝗd sit tunc aliꝗd in eiꝰ natura qō anteꝫ ad eū refugerem⁹ nō erat. In nob ergo fit aliqua mutatio (Deteriores em̄ fuimus anteꝫ ad eū refugerem⁹: ꝛ efficimur ad eū refugiendo meliores) in illo autez nulla. Sic et pater noster esse incipit: cū p ei⁹ grām regeneramur qm̄ dedit nobis potestatem filios dei fieri. Subsātia itaꝫ nostra mutatur in melius cum filij eius efficimur. simul et ille pater noster esse incipit. sed nulla mutatione sue substantie. Qꝛ ergo tempoalik dici incipit deus qō antea non dicebatur. manifestum est relatiue dici. non tm̄ fm accidens dei ꝙ ei aliquid acciderit. sed plane fm accidens eius. ad qō dici aliquid deus incipit relatiue. Et ꝙ amicus dei iustus esse incipit. ipe mutatur. Deus autez absit vt tempoaliter aliquē diligat. quasi noua dilectione que in illo ante non erat. apud quē nec preterita transierunt et futura iam facta sunt. Itaꝫ omnes sanctos suos ante mundi constitutionem dilexit. sicut predestinauit. Sed cum conuertuntur ꝛ inueniūt illū. tūc incipere ab eo diligi dicūt. vt eo modo dicatur quo potest humano affectu capi quod dicitur. Sic etiam cum iratus malis dicitur et placidus bonis illi mutantur non ipse. Sicut lux infirmis oculis aspera. firmis lenis est. ipsorum scilicet mutatione non sua.

Explicit liber quintus.

Incipiunt capitula libri sexti:

i De eo qđ apls ait: xp̃m dei virturem ⁊ dei sapientiam

ij De patre ⁊ filio ꝟ solũ non dici illud de illo qđ non ambo sil̃ sunt: Deus eñ de deo: bonus de bono: virt⁹ de virtute q̃ sil̃ sunt recte ỏr: pr̃ aũt de pr̃e aut filius de filio q̃ non ambo simul sunt: non potest dici.

iij De vnitate filij cum patre ⁊ nostra inuicem nobiscum.

iiij Pares in quacunq; virtute nõ posse in ceteris esse dissiles: ac si ꝟ eq̃litas in animis repit̃ hũanis: mlto incõpabili⁹ eã manere in incõmutabili et̃na q; substãtia qđ ẽ deus trinitas

v De spũssancti vnitate cũ pr̃e ⁊ filio.

vj De natura corporea ⁊ creatura spirituali: q̃ simplices non sunt: quia nec incõmutabiles.

vij De simplici ⁊ incõmutabili eẽntia dei: cuius multipliciter p̃m substantiam nominetur

viij Trinitatẽ deitatis nullo mõ tripliciter eẽ dicendã: qr nec tria ibi pl⁹ sũt q; vnũ nec vnũ min⁹ q; tria.

ix De solo vero deo patre ⁊ filio ⁊ spiritussancto.

x De sñia scti hilarij q̃ in trinitate psonarũ ppr̃ietatẽ intelligit̃ demõstrasse.

Incipit liber sextus.

De eo qđ apostolus ait xp̃m dei virtutem ⁊ dei sapientiã. Capm̃ I.

Qualitatẽ pr̃is ⁊ filij ⁊ spiritussancti putant nõnulli ex ꝟ impediri q̃ min⁹ intelligat̃: qr scriptũ est: xp̃m dei virtutẽ ⁊ dei sapientiaz: vt iõ nõ videat̃ eq̃litas: qr nõ ẽ pr̃ ipe virt⁹ ⁊ sapientia: ꝟ genitor virtutis ⁊ sapiẽtie. Et reuera nõ mediocri intentõe q̃ri solet quõ dicat̃ de⁹ virtutẽ ⁊ sapientie pr̃. Ait eñ apls: xp̃m dei virtutem ⁊ dei sapientiã. Et hinc nõnulli nr̃i aduersum arrianos hoc mõ ratiocinati sũt: eos dũtaxat q̃ pr⁹ se aduersũ catholicã fidẽ extulerũt. Mã ipe arri⁹ dixisse fert̃. Si fili⁹ ẽ: nat⁹ ẽ: si nat⁹ est erat temp⁹ qñ nõ erat fili⁹: nõ intelligẽs etiaz natũ eẽ: deo sempiternũ eẽ: vt sit coetern⁹ pr̃i fili⁹: sicut splendor q̃ gignit̃ ab igne atq; diffũdit̃: coeuus ẽ illi: ⁊ eẽt coeternus: si eẽt ignis eternus. Vñ quidã posteriores arriani abiecerũt istã sententiã: fassiq; sunt: non extpe cepisse filiũ dei. Sed inter disputatões quas habebant nr̃i aduersum eos q̃ dicebant: erat tps qñ nõ erat fili⁹. Hãc etiã nõnulli ratiocinatõz inserebãt. Si dei fili⁹: virtus ⁊ sapiẽtia dei est: nec vnq; de⁹ sine virtute ⁊ sine sapientia fuit: coeternus ẽ deo pr̃i fili⁹. Dicit aũt apls. Xp̃m dei virtutẽ ⁊ dei sapientiã. Et deũ aliqñ nõ habuisse virtutẽ aut sapientiã: demẽtis ẽ dicere: Nõ igit̃ erat tps qñ nõ erat fili⁹. Que ratiocinatio ad id cogit: vt dicamus deũ patrẽ nõ eẽ sapientẽ: nisi habendo sapientiã quã genuit: non existendo p se pr̃ ipa sapientia. Deinde sic ita ẽ: filius q; ipe sicut ỏr deus de deo: lumẽ de lumine: videndũ est vtrũ possit sapientia ỏ sapientia dici: si nõ est de⁹ pr̃ ipa sapientia: ꝟ tñ genitor sapientie. Qđ si tenemus: cur non et magnitudinis sue: ⁊ bonitatis: ⁊ eternitatis: ⁊ oĩpotẽtie sue genitor sit: vt nõ ipse sit sua magnitudo: ⁊ sua bonitas: ⁊ sua eternitas: et sua oĩpotentia: sed ea magnitudine magnus sit quã genuit ⁊ ea bonitate bonus: ⁊ ea eternitate eternus: ⁊ ea oĩpotentia oĩpotens que de illo nata est: sicut nõ ipe sua sapientia ẽ: sed ea sapientia sapiẽs est que de illo nata est. Nã illud non est formidandũ ne cogamur mltos filios dei dicere: ꝓter adoptionẽ creature coeternos patri: si magnitudinis sue genitor est: ⁊ bonitatis: ⁊ eternitatis: ⁊ oĩpotentie. Huic eñ calũnie facile rũdetur: sic nõ efficit: qr multa noĩata sunt: vt ille multoz filiorum coeternorum sit pr̃: quẽadmodũ nõ efficitur: vt duorum sit: cũ dicitur xp̃s dei virtus ⁊ dei sapientia. Eadem quippe virtus que ⁊ sapientia ⁊ eadem sapientia que virtus est. Ita ne igitur etiã de ceteris: vt eadem sit magnitudo q̃ virtus: ⁊ si qua alia: que vel si supra cõmemorata sunt: vel cõmemorari adhuc possunt.

De patre ⁊ filio hoc solũ non dici illud ỏ illo quod non ambo simul sunt: Deus eñ de deo bonus de bono: virtus de virtute: quod simꝫ sunt recte dicitur: pater aũt de patre ⁊ aut fili⁹ de filio quod non ambo simul sunt non potest dici. Capitulum. II.

Ed si non dicitur in seipo: nisi quod ad filiũ ỏr: id est pr̃ vel genitor: vl̃ ꝑn cipiũ eius: Si etiã gignens ei quod de se gignit: consequẽter principiũ ẽ. Quicqd aliud ỏr: cum filio dicitur: vel pot⁹ in filio: siue magnus ea magnitudine quã genuit: siue iustus ea iusticia quã genuit: siue bonus ea bonitate quam genuit: siue potens ea potentia vel virtute quam genuit: siue sapiens ea sapientia quam genuit. Magnitudo autem ipsa: non dicitur pater: sed magnitudinis genera tor. Filius vero sicut in seipo dicitur filius: qđ

non cum patre dicit· sed ad patrem· nō sic ꝛ in seipō magnus· sed cū patre cuius ipe magnitudo est· Sic ꝛ sapiens cum patre dicit cuius ipe sapientia est· sicut ille sapiens cum filio· qz ea sapientia sapiens est quā genuit· Quicqd ergo ad se dicūtur: nō dicitur alter sine altero id est quicqd dicūtur quod substantiā eozum ostendat· ambo simul dicuntur· Si hec ita sūt iam ergo nec deus est pr̄ sine filio: nec fili⁹ de⁹ sine patre: sed ambo simul deus· Et qō dictuz
Joh·j· est: In principio erat verbū: in patre erat verbum: intelligit: Aut si in principio sic dictū est ac si diceretur· añ oia qō sequit: ꝛ verbuz erat apud deū· Verbū quidē solus fili⁹ accipitur· non sil pr̄ ꝛ filius: tanq̄ ambo vnū verbū· Sic eñ verbū quō imago· Non aūt pater ꝛ filius simꝫ ambo imago: sed filius solus imago pr̄is quēad modū ꝛ filius: nō eñ ambo simul filius
Ubi·supꝛ Qō vero adiungit: ꝛ verbū erat apud deum multū est vt sic intelligatur· verbū qō solus ē filius· erat apud deum qō non solus est pater: sed pater ꝛ filius simul deus· Sed quid miruz si in duabus quibusdā rebus longe inter se diuersis pōt hoc dici· Quid eñ tam diuersuz· q̄ animus ꝛ coꝛpus· Pōt tñ dici anim⁹ erat apō hoiem: id ē in homīe· cū animus non sit coꝛp⁹ hō aūt animus sit ꝛ coꝛpus sit· Et etiā quod
Joh·j consequens scriptū est· Et deus erat verbum sic intelligat: verbuz quod non est pat: deus erat simul cum patre Jta ne ergo dicimus· vt pater sit generatoꝛ magnitudinis· hoc ē generatoꝛ virtutis: vel generatoꝛ sapientie sue· filius aūt magnitudo: virtus· ꝛ sapientia: deus vero magnus: oīpotens: sapiens ambo simul Quō ergo deus de deo· lumē de lumine· Nō eñ simul ambo deus de deo: sed solus fili⁹ de deo: scz patre· Nec ambo simul lumē de lumīe sed solus filius de lumine patre· Nisi forte ad insinuandū ꝛ breuissime inculcandū q̄ coeternus est patri filius· ita dictū est de⁹ de deo: ꝛ lumen de lumine: ꝛ si quid hoc mō dꝛ· ac si diceretur· hoc qō non est filius sine pr̄e: de hoc qō non est pater sine filio: id est hoc lumē qō lumē non est sine patre: de hoc lumine patre qō lumen nō est sine filio: vt cū dicitur deus qō nō est filius sine patre: est de deo qō non est pater sine filio: pfecte intelligat qō non p̄cessit genitoꝛ illud qō genuit· Qō si ita est: hoc solum de eis dici non pōt· illud de illo: qō simul ambo ſ sunt· Sicut verbum de verbo dici non potest· quia non simul ambo verbuz· sed solus filius· Nec imago de imagine: quia non simul ambo imago· Nec filius de filio: qz non simul ambo
Joh·jo· filius· fm q̄ dicitur· Ego ꝛ pater vnū sumus·

Vnū sumus eñ dictū est qō ille· hoc ꝛ ego fm essentiam: non fm relatiuum·

De vnitate filij cum pr̄e· ꝛ nostra inuicem nobiscum· Capitulum· III·

Tnescio vtrū inueniatur in scripturis dictū: vnū sunt: quoꝛ est diuersa natura· Si aūt aliqua plura eiusdez nature sint· ꝛ diuersa sentiant: nō sunt vnū in quantū diuersa sentiunt· Mā si iā vnū essent ex eo q̄ hoies erant: non diceret· Et sint vnū Joh·j7·
sicut nos vnū: cū suos discipulos pr̄i cōmēdaret· At vero paulus ꝛ apollo qz ꝛ ambo hoies ꝛ idē sentiebāt· Qui plantat inqt: ꝛ qui rigat j·Coꝛ·3·
vnū sunt· Cū ergo sic dꝛ vnū· vt non addatur quid vnū: ꝛ plura vnū dicant: eadem natura atq̄ essentia nō dissidens: nec dissentiens significat· Cū vero addit quid vnū: pōt aliqd significari ex pluribus vnū factū: q̄uis diuersis natura: sicut aia ꝛ coꝛpus nō sūt vtiq̄ vnum· Quid eñ tam diuersū: nisi addat aut subintelligat quid vnū· id est vnus hō: aut vnū aial Jnde apl's· Qui adheret meretrici inqt: vnū Jbidem·
coꝛpus est· nō dixit vnū sunt: aut vnū est· ſ addidit coꝛpus: tanq̄ ex duobus diuersis masculino ꝛ femínino: vnū coꝛpus adiunctione cōpositum· Et qui adheret dño inquit: vn⁹ spiri Jbidem·
tus est: non dixit: qui adheret dño vnus ē: aut vnū sunt: sed addidit spiritus· Diuersum eñ natura· spūs hois: ꝛ spūs dei: ſ inherendo fit vnus spūs ex diuersis duobus: ita vt sine hūano spiritu· beatus sit dei spiritus atq̄ perfect⁹ beatus aūt spūs hois nō nisi cū deo· Nec frustra· vt existimo cū tanta in euangelio fm Joannē: ꝛ toties diceret dñs de ipa vnitate· vel sua cū patre: vel nostra inuicē nobiscū: nusq̄ Joh·j7·
dixit vt nos ꝛ ipi vnū: sed vt vnuz sint: sicut et nos vnum sum⁹· Pr̄ ergo ꝛ fili⁹ vnū sunt: vtiq̄ fm vnitatē substantie: ꝛ vnus de⁹ est: ꝛ vn⁹ magn⁹: ꝛ vn⁹ sapiens: sicut tractatū est· Vnō ergo maioꝛ pr̄· Si eñ maioꝛ: magnitudie maioꝛ· Cū aūt magitudo filius ei⁹ sit: nec ille vtiq̄ maioꝛ ē eo qui se genuit· Nec ille maioꝛ ea magnitudine qua magnus est· ergo equalis· Mā vnde equalis si non eo quo est· cui non est aliud esse ꝛ aliud magnum esse· Aut si eternitate pr̄ maioꝛ est: non est equalis filius quacū q̄ re· Vñ eñ equalis· Si magnitudine diuers non est par magnitudo: que minus eterna est atq̄ ita cetera: An forte in virtute equalis est in sapientia vero nō est equalis· Sed quō est equalis virtus q̄ minus sapit· An in sapientia equalis est· in virtute aūt nō est equalis· Sed quō equalis sapientia: que minus potens est
Restat ergo vt si in vlla re equalis non est· in

Phi.2. oĩbus nõ sit equalis. Et scriptura clamat. Mõ rapinã arbitratus est esse equalis deo. Logik ergo quiuis aduersar⁹ veritatis q̃ aliq̃ mõ tenetur apostolica auctoritate: in qualibet: vel vna re equalem deo filiũ cõfiteri. Eligat quã voluerit: hinc ei ostendet in oĩbus esse equalem: que de substantia eius dicũtur.

Pares in quacunq̃ virture nõ posse in ceteris esse dissimiles: ac si hec equalitas in animis reperiẽ humanis. multo incompabilius manere eam in incõmutabili eternaq̃ substãtia qõ est de⁹ trinitas. Capitulum. IIII.

s Jeem̃ virtutes que sunt in animo humano: q̃uis alio atq̃ alio mõ singule intelligantur: nullomõ tñ sepantur ab inuicẽ: vt quicunq̃ fuerint equales. verbi gratia. in fortitudine equales sint. t prudẽtia t tẽpantia: t iusticia. Si eñ dixeris equales esse istos fortitudine. s illũ prestare prudẽtia. sequitur vt hui⁹ fortitudo min⁹ prudens sit. ac per hoc nec fortitudine equales sũt. quãdo illius fortitudo prudentior. Atq̃ ita de ceteris virtutib⁹ inuenies. si oĩs cadẽ ꝓsideratione p curras. Non eñ de viribus corpis agit. sed õ animi fortitudine. Quãto g̃ magis in illa incõmutabili eternaq̃ substantia incompabiliter simpliciore q̃ est animus humanus. hec ita se habent. Humano quipe aĩo nõ hic ẽ esse qõ ẽ fortẽ esse: aut prudentẽ: aut iustũ: aut tpatum Põt eñ esse animus: t nullã istaꝝ habere virtutẽ. Deo aũt hoc ẽ eẽ qõ est fortẽ esse. aut iustum esse. aut sapientẽ esse: t si q̃d de illa simplici multiplicitate vel multiplici simplicitate dixeris: q̃ substãtia ei⁹ significet. Quorẽ siue ita dicat de⁹ de deo vt t singulis h̃ nomen cõueniat: nõ tñ vt ambo sit duo dij. s vn⁹ de⁹ sit. Ita eñ sibi coherent quẽadmodũ t in distan
2.Cor.2 tib⁹ diuersisq̃ substãtijs fieri apls testis ẽ. Mã t sol⁹ dñs spũs est. t sol⁹ hoĩs spũs vtiq̃ spũs est: tñ si hereat dño vn⁹ spũs est. quãtomagis ibi vbi est oĩno inseparabilis atq̃ eterna ꝓnexione absurde dici videat quasi filius ambor̃ũ. cũ or filius dei: si id qõ dicitur de⁹. nõ nisi de ambobus dicit simt. siue quicq̃d de deo dicit qõ substantiã ei⁹ indicet: nõ nisi de ambob⁹ simt dicitur. imo simul de ipa trinitate dicit. Siue ergo hoc. siue illud sit. qõ diligenti⁹ discutiendũ est. nũc vnde agitur satis est videre. nullo mõ filium equalem esse patri. si in aliquo scilz quod pertineat ad significandã eius substantiam inequalis inuenitur. sicut iam oñdimus Apls autem dixit equalem. Jn omnib⁹ g̃ eẽ lis est patri filius. t est vnius eiusdemq̃ substantie.

De spiritussancti vnitate cum patre et filio. Caplm. V.

q Ea ꝓpter etiã spũssanctus. in eadem vnitate substantie t equalitate cõsistit. Siue eñ sit vnitas amborũ. siue sanctitas. siue charitas. siue ideo vnitas q̃ caritas. t ideo caritas q̃ sanctitas. m anifestum est q̃ nõ aliq̃s duoꝝ est q̃ vterq̃ cõiungitur. q̃ genitus a gignente diligat. generatorẽ q̃ suũ diligat: sintq̃ nõ ꝑticipatione: s eẽntia sua. neq̃ dono supioris alicui⁹. sed suo ꝓprio seruantes vnitatẽ spũs in vinculo pacis Qõ Ephe.4
imitari p gratiã. t ad deũ. t ad nos iubemur. Jn quib⁹ duob⁹ ꝑceptis. tota lex pendet t ꝓphete. Ita sunt illa tria. deus vn⁹. sol⁹. magn⁹ sapiens: sanctus: beat⁹. Nos aũt ex ipo. t per ipm. t in ipo beati. q̃ ipius munere inter nos vnũ. cũ illo aũt vnus spiritus. q̃ agglutinat aĩa nra post eũ. Et nobis herere deo bonũ est Ps.72
q̃ perdet oẽm qui fornicat ab eo. Spiritus g̃ Jbidem.
sanctus cõmune aliquid est ꝑris t filij. q̃cq̃d illud est. At ipa cõmunio. cõsubstãtialis t coeterna. Que si amicitia ꝓuenienter dici põt. dicat Sed aptius dr caritas. Et hec q̃ substantia. q̃ deus substãtia. t deus caritas. sicut scriptũ est. Sicut aũt substãtia sit cũ patre t filio. ita sit j. Joh.4
magna. t simul bona. t sit sancta. t quicquid aliud ad se dicit. qm̃ non aliud est deo esse. et aliud esse magnũ vel bonũ esse. t cetera. sicut supra oñdimus Si eñ minus magna est ibi caritas q̃ sapientia. minus q̃ est diligit sapiẽtia Equalis est igitur sapientia. vt quanta est sapientia tñ diligatur. Est aũt sapientia equalis patri. sicut supra disputauimus. Equalis ẽ igitur etiã spũssanctus. t si equalis. in oĩbus equalis ꝓpter sũmam simplicitatem que in illa substantia est. Et iõ non ampli⁹ q̃ tria sũt vnus diligens eũ qui de illo ẽ. t vnus diligẽs eũ de quo ẽ. t ipa dilectio. Que si nihil ẽ. quõ Ubi supra.
deus dilectio ẽ. Si non est substantia. quoniã deus substantia est.

De natura corpea t creatura spũali. q̃ simplices nõ sint. q̃ nec incõmutabiles. Ca. VI.

s Jaũt queritur. quõ simplex t multiplex sit illa substãtia. aĩaduertenda est ꝓmo creatura quare sit multiplex. nullo aũt modo vere simplex. Et ꝓius corpus vniuersum vtiq̃ partibus constat. ita vt sit ibi alia ps maior. alia minor t mai⁹ sit vniuersũ q̃ ps q̃libet aut q̃talibet. Mã t celũ t terra ptes sũt vniũse mũdane mol. s t sola fra. t solũ celũ inumerabilib⁹ ptib⁹ ꝓstat. t ĩ fcia sui pte minor ẽ q̃ĩ cetera t ĩ dimidia mĩor q̃ tota t totũ mũdi corp⁹ qõ duabus plerũq̃ ptibus

apellari solet: id est celū ⁊ terra: vtiqꝫ maius ẽ qꝫ solū celū aut sola terra Et in vnoq̃qꝫ corpore aliud est magnitudo aliud color: aliud figura. ꝑ Põt eñ ⁊ diminuta magnitudine manere idē color ⁊ eadē figura: ⁊ colore mutato manere eadē figura ⁊ eadē magnitudo: ⁊ figura eadem non manente: tam magnū eē ⁊ eoꝺ mõ coloratū. Et quecūqꝫ alia simul dicuntur de corpore: possunt ⁊ simul ⁊ plura sine ceterꝭ cõmutari. Ac per hoc multiplex esse cõuincit natura corpis: simplex aũt nullo modo. Creatura quoqꝫ spiritalis sicut est anima: est quidē in corporis comparatione simplicior: sine cõparatione autem corporis multiplex est. etiaꝫ ipa non simplex. Nam ideo simplicior est corpore: quia non mole diffunditur per spacium loci. sed in vnoquoqꝫ corpore: ⁊ in vno toto tota est: ⁊ in qualibet parte eius tota est. Et iõo cum sit aliquid in cuius exiguam particulam corporis quod sentiat anima: cuius non fiat i toto corpore: illa tamen tota sentit: quia totā non latet. Sed tamen etiam in anima cum aliud sit artificiosum esse: aliud inertem: aliud acutum: aliud memorem: aliud cupiditas: aliud timor: aliud letitia: aliud tristitia: possintqꝫ ⁊ alia sine alijs: ⁊ alia magis: alia minus innumerabilia ⁊ innumerabiliter in anime natura inueniri: manifestū est non simplicē: sed multiplicē esse naturam. Nihil eñ simplex mutabile est. ois autem creatura mutabilis.

De simplici ⁊ incõmutabili essentia dei cuius multipliciter scõm substantiam nominetur. Capitulum. VII.

Deus vero multipliciter quidem dicitur magnus: bonus: sapiens: beatus: verus: ⁊ quicquid aliud non indigne dici videtur. Sed eadem magnitudo eius ē: que sapientia: Non enim mole magnus est: ꝫ virtute. Et eadem bonitas que sapientia ⁊ magnitudo: ⁊ eadem veritas que illa omnia. Et nõ ē ibi aliõ beatū esse: ⁊ aliud magnum. aut sapientem: aut verum: aut bonū esse. aut omnino ipm esse. Nec quoniam trinitas est: ideo triplex putandus est. Alioquin minor erit pater solus: aut filius solus: qꝫ simul pater et filius. Qꝫ non inueniatur quomodo dici possit: aut pater solus aut filius solus: cum semqꝫ inseparabiliter ⁊ ille cum filio sit: ⁊ ille cum patre: non vt ambo sint pater: aut ambo filiꝰ: sed qz semper inuicē: neuter solus. Quia ꝺo dicimꝰ ⁊ deū solū ipam trinitatē: cuius semper sit cū spiritibꝰ ⁊ aiabus sanctis ꝫ solū dicimus qꝺ deꝰ est: qz nõ ⁊ illi cū illo deus sunt: ita solus ꝑem dicimus ꝑem: nõ qz sepatur a filio ꝫ qz non simul ambo pater sunt.

Trinitatē deitatis nullo mõ triplicē esse dicendā: qz nec tria ibi plꝰ sũt qꝫ vnū: nec vnum minus qꝫ tria. Capm. VIII

c Um itaqꝫ tantus est solus pater. vel solius filius: vel solus spūsanctꝰ. q̃n tus est sil' ꝑ ⁊ filius ⁊ spūsanctꝰ: nullo mõ triplex dicēdus est. Corpora quippe adunctiõe sua crescunt. Quis eñ qui adheret vxori sue: vnū corpus fit: maius tñ corpus fit. qꝫ si solus viri ect: aut solus vxoris. In rebꝰ aũt spiritalibus cũ minor maiori adhereſcit: sicut creatura creatori: illa fit maior qꝫ erat: nõ ille. In his eñ q̃ nõ mole magna sunt: hoc ē maiꝰ esse qꝺ est melioꝰ eē. Melior aũt fit spūs alicuius creature: cũ adheret creatori: qꝫ si non adhereat. ⁊ iõ etiã maior qz melior. Qui ḡ adheret dño: vnus spūs est: sed tñ dñs nõ iõ fit maior: q̃uis fiat ille qui adheret dño. In ipo igit deo cũ adheret equali patri filiꝰ equalis: aut spūs sanctꝰ patri ⁊ filio equalis: nõ fit maior deꝰ qꝫ singuli eox: qz non est quo crescat illa pfectio. Perfectus aũt siue ꝑ: siue filiꝰ: siue spūsanctus: ⁊ pfectus deus: ꝑ ⁊ filius ⁊ spūsanctus ⁊ ideo trinitas potius qꝫ triplex.

De solo vero deo patre ⁊ filio ⁊ spiritusancto. Capm. IX.

Quoniam ostendimus quō possit dici solus ꝑ: qz non nisi ipe ibi pat. e considerandā est illa sententia q̃ ōr: deū vex solum non esse patrē solū: sed ꝑem ⁊ filium ⁊ spiritumsanctum. Si quis eñ interroget: ꝑ solus vtrum sit deus: quomodo respondebitur nõ esse nisi forte ita dicamus eē quidē patrem deum: sed non esse solum deum esse aũt solum deum: ꝑem ⁊ filium ⁊ spiritūsanctum. Sed quid agimus ō illo testimonio dñi. Ꝑr eñ dicebat: ⁊ ꝑem nominauerat ad quē loquebaꝫ. cũ ait. Hec est vita eterna. vt cognoscant te vnū verū deū. Ō quidē arriani sic solent accipere. quasi nõ sit filiꝰ verus deꝰ. Quibus exclusis. videndū est an intelligere cogamur. cũ dictum est ꝑri. Vt cognoscant te vnū vex deū. tanqꝫ hoc insinuare voluerit. qz ⁊ solus ꝑ deus verus est. ne non intelligeremus deū. nisi ipa tria sil' ꝑem ⁊ filiū ⁊ spūsanctū. Nũ ḡ ex dñi testimonio. ⁊ ꝑem vnū verū deū dicimꝰ. ⁊ filiū vnū vex deū. ⁊ spūsanctus vnū vex deū. ⁊ simul ꝑem ⁊ filiuꝫ ⁊ spiritumsanctū. id est sil' ipam trinitatē. non tres veros deos. sed vnū vex deus. An qñ addidit. Et quem misisti iesum xp̃um. subaudiendum est vnum verum deum. Et ordo verborū est. vt te ⁊ quem misisti iesum xp̃um. cognoscant

Gen. 2.

1. Cor. 6.

Job. 17.

Ibi. ē.

Ibidem.

vnū verū deū. Cur ergo tacuit de spūsancto: an qm̄ ꝓsequens est. vt vbicūq; noiaꝝ vnum tantꝫ a pace vna adherēs: vt per hāc vtrumq; vnū sit: iā ex hoc intelligaꝝ etiā ipa pax: q̄uis nō cōmemoret. Nā & illo loco apls videt q̄si ꝓtermittere spūsanctū. & tm̄ etiā ibi intelligit vbi ait. Oīa vestra. vos aūt xp̄i. xp̄s aūt dei. Et iterꝫ. Caput mulieris vir. caput viri xp̄us: caput aūt xp̄i deus. Sed rursus si de⁹ nō nisi oīa sit tria: quō caput xp̄i de⁹: id est caput xp̄i trinitas: cū in trinitate sit xp̄us vt sit trinitas. An qō est pater cū filio: caput est ei qō ē sol⁹ filius: cū filio eñ pater deus. solus aut̄ filius xp̄s est: maxie qꝝ iā verbū caro factū loquitur Scōm quā humilitatē ei⁹ etiā maior est pater si cut dicit. Qm̄ pr̄ maior me est: vt hoc ipum deū esse qō illi cū patre vnū est: caput sit hoīs mediatoris: qō ipe solus est. Si eñ mentē recte dicimus principale hoīs. id est tāq; caput hūane substātie: cū ipe hō cū mente sit homo cur nō multo cōgruētius: multoq; magis verbū cū patre qō simul deus est: caput est xp̄i: q̄uis xp̄s hō nisi cū verbo qō caro factum est: intelligi non possit. Sed hoc vt iā diximus: aliquāto diligentiꝰ postea considerabimꝰ. Nūc aūt equalitas trinitatis: & vna eadēq; substātia quantū breuiter potuimus demōstrata est vt quoquo mō se habeat ista questio: quā discutiendā acriore intentione distulimus: nihil impediat quo minus fateamur summā equalitatē patris & filij & spiritussancti

De sententia sancti hilarij qua in trinitate personarum proprietatem intelligitur demōstrasse Capitulum. X.

Elidā cum vellet breuissime singularum in trinitate personarum insinuare propria: eternitas inquit in patre: species in imagine: vsus in munere Et qꝝ non mediocris auctoritatis in tractatione scripturaꝝ: & assertione fidei vir extitit. hilariꝰ enim hoc in libris suis posuit. horum verboꝝ: id est patris & imaginis: & muneris: eternitatis & speciei: & vsus: abditam scrutatus intelligētiam: quantū valeo nō eum secutū arbitror in eternitatis vocabulo: nisi q̄ pater non habet patrem de quo sit: filius aūt de patre est vt sit: atq; vt illi coeternus sit: Imago eñ si pfecte implet illud cuius imago est: ipa coequatur ei non illud imagini sue. In qua imagine spēm noīauit: credo q̄ ꝓpter pulchritudinē: vbi iā est tanta cōgruentia & prima equalitas: & prima similitudo: nulla in re dissidens: & nullo modo inequalis: & nulla ex parte dissimilis: sed ad idēipsum respondēs ei cuius imago est. Ibi est prima & summa vita: cui non est aliud viuere & aliud eē: sed idē est esse & viuere. Et pīmꝰ ac sūmꝰ intellectus. cui non est aliud viuere & aliud intelligere. sed id qō est intelligere. ℔ viuere. hoc esse est. vnū oīa. tanq; verbū perfectū. cui non desit aliquid. & ars quedaꝫ oīpotētis atq; sapientis dei. plena oīm rationū viuētiū incōmutabiliū. & oēs vnū in ea. sicut ipsa vnū de vno. cū quo vnū. Ibi nouit oīa deus. q̄ fecit per ipam. & ideo cum decedant & succedant tempora. nō decidit aliquid vel succedit scientie dei. Nō eñ hec q̄ creata sunt iō sciunt a deo. qꝝ facta sunt. ac nō potiꝰ ideo facta sūt vel mutabilia. qꝝ imutabiliter a deo sciuntur. Ille igit̄ ineffabilis quidā cōplexus patris et imaginis non est sine pfruitione. sine caritate sine gaudio. Illa ergo dilectio. delectatio. felicitas. vel beatitudo. si tm̄ aliqua hūana voce digne & vsus. ab illo appellat⁹ est breuiter. & ē in trinitate spūssanctus. non genitus. sed genitoris genitiq; suauitas ingeniti largitate atq; vbertate perfundens oēs creaturas ꝑ captu eaꝝ. vt ordinem suū teneant & locis suis acquiescant. Hec igitur oīa que arte diuina facta sunt. & vnitatē quandā in se ostendunt. et spēm & ordinē. Quicqd eñ hoꝝ est. & vnū aliquid est. sicut sunt nature corporū. & ingenia aīaꝝ. & aliq̄ specie formaꝝ. sicut sunt figure vl qualitates corporꝝ. ac doctrine vel artes aīaꝝ & ordinē aliquē petit aut tenet. sicut sunt pondera vel collocationes corporū & amores. aut delectationes aīarum. Ceterum in illa sūma trinitate tm̄ est vna quantū tres simul. nec plꝰ aliquid sunt due q̄ vna. Oportet igitur vt creatorem per ea que facta sunt intellectū ꝓspicientes trinitatem intelligamus. cuius in creatura quō dignū est apparet vestigium. Jn illa eñ trinitate sūma origo est rerū oīm & pfectissima pulchritudo. & beatissima delectatio. Jta q̄ illa tria. & ad seinuicē determinari videtur & in se infinita sunt. Sed hic in rebus corporeis. nō tm̄ est vna. quantū tres simul. & plus aliquid sunt due q̄ vna res. Ceteruꝫ in summa trinitate tm̄ ē vna q̄ntū tres sil sūt. nec plꝰ aliq̄d sūt due q̄ vna. & in se infinita sūt. Jta & singula sūt i singul. & oīa i singulis. & singula i oībus. & oīa in oīb⁹. & vnū oīa. Qui videt ℔ vel ex pte. vl ꝑ speculū & i enigmate. gaudeat cognoscēs deū. & sic deum honoret & gras agat. Qui aūt ñ videt. tēdat p pietatē ad videndū. ñ p cecitatē ad calūniandū. qm̄ vnus est deus. q̄ tū trinitas. Nec ꝓfuse accipiēdū ē. Ex q̄ oīa. p quē oīa. i q̄ oīa. nec dīs multis. q̄ ipi glia i secla seculoꝝ. Explicit liber sextus.

j. Cor. 3.

Ibidē. jj.

Joh. 14.

Roma. j.

j. Cor. 13.

Roma. j.

Liber

Incipiunt capitula libri septimi.

i Utrum quicquid de deo non relatiue: sed ad seipm recte dicitur: cuilibet p sone in trinitate cõueniat.

ij Ea q̃ patris ⁊ filij essentiã significant nõ esse relatiua: q; q̃cquid ad se: nõ ad aliq̃d dicunt simul ambo sunt.

iij De sapia a deo genita vel creata.

iiij Quid vel a grecis vel latinis necesse fuerit dici de ineffabili trinitate.

v De substantia ⁊ essentia.

vj De tribus psonis vnius essentie.

Aurelij Augustini liber septimus incipit.

Utrũ q̃cq̃d de deo nõ relatiue: ꝑ ad seipm recte d̃r: cuilibet psone in trinitate ꝓueniat.

Capitulum.I.

Am nũc queramus diligẽtius q̃tum dat deus qõ pauloante distulim⁹. Utrũ ⁊ singla queq; i in trinitate psona possit ⁊ pse ipam nõ cũ ceteris duab⁹ dici deus: aut magnus: aut sapiẽs: aut verus: aut omnipotẽs: aut iustus: ⁊ si q̃d aliud dici de deo põt non relatiue: ꝑ ad seipm An x̃o nõ dicant ista: nisi cũ trinitas intelligit

ſ. Loq. ſ hoc em̃ qõem facit: q; scriptũ est: xp̃m dei virtutẽ ⁊ dei sapiam: vtrũ ita sit p̃ sapie atq; virtutis sue: vt hac x̃tute potens quã genuit: et hac x̃tute potens quã genuit: ⁊ q; sp potens ⁊ sapiẽs: sp genuit x̃tutẽ ⁊ sapiam. Dixeram⁹ em̃ si ita est: cur nõ ⁊ magnitudinis sue pater sit q̃ magn⁹ est: ⁊ bonitat̃ q̃ bon⁹ est: ⁊ iusticie q̃ iustus: ⁊ alia si q̃ sunt. Aut si hec oĩa plurib⁹ vocabulis in eadẽ sapia ⁊ x̃tute intelliguntur vt eadẽ sit magnitudo q̃ virtus: ea bonitas q̃ sapia: ⁊ ea rursus sapia q̃ x̃tus: sicut iaz tractauimus: meminerim⁹ cũ aliq̃d hoz noio sic accipiendũ esse: ac si oĩa cõmemoraẽ. Querit̃ ḡ an p̃ etiã singulus sit sapiẽs: atq; ipa sibi ipse sapia: an ita sit sapiẽs quõ dicẽs. Verbo ei qõ genuit dicẽs ẽ: nõ x̃bo qõ ꝓfert ⁊ sonat ⁊ tran

Job. ſ sit: ꝑ x̃bo qõ erat apud deũ: ⁊ deus erat verbũ ⁊ oĩa p ipm facta sunt: x̃bo eq̃li sibi q̃ sp atq; in cõmutabiliter dicit seipm. Nõ est em̃ ipe x̃bũ sicut nec filius nec imago. Dicẽs aũt exceptis illis tpalib⁹ vocibus x̃bi dei: q̃ in creatura fiũt nã sonãt ⁊ trãseũt. Dicẽs ḡ illo coeterno x̃bo nõ singulus intelligit̃: ꝑ cũ ipo x̃bo sine q̃ non est vtiq; dicẽs. Ita ne ⁊ sapiens sicut dicẽs: vt ita sit sapia sic verbũ: ⁊ h̃ sit x̃bũ esse qõ est esse sapiam: h̃ etiam esse x̃tutem: vt x̃tus ⁊ sapia ⁊ x̃bũ idem sit: ⁊ relatiue dicat̃: sicut fili⁹ ⁊ imago atq; ille nõ singulus potẽs vel sapiẽs: ꝑ cuz ipa x̃tute ⁊ sapia quã genuit: sicut nõ singul⁹ dicens: sed eo verbo ⁊ cum eo verbo quod genuit: atq; ita magnus ea ⁊ cum ea magnitudine quam genuit. Et sic non alio magnus: alio deus: sed eo magnus quo deus: quia non aliud illi est magnum esse: aliud deum esse: conquens est: vt nec deus singulus: ꝑ ea ⁊ cuz ea deitate quam genuit: vt sic sit fili⁹ deitas p̃is sicut sapientia et virtus patris: ⁊ sicuti ẽ verbum ⁊ imago patris. Et quia non aliud illi est esse: aliud deum esse. ita sit etiam essentia patris filius: sicuti est verbum ⁊ imago eius. Ac per hoc etiam excepto eo quod pater est: non sit aliquid pater: nisi quia est ei filius: vt nõ tãtum id quod dicitur pater: qõ manifestum est eum non ad seipm: sed ad filiũ relatiue dici: ⁊ ideo patrem q; est ei filius: sed omnino vt sit qõ ad seipm est: ideo sit q; genuit essentiã suã Sicut em̃ magnus est: non nisi ea quam genuit magnitudine: ita et est non nisi ea quam genuit essentia: quia non est aliud illi esse aliud magnum esse. Ita ne igitur pater est essentie sue. sicut pater est magnitudinis sue. Sicut pater virtutis ac sapientie sue. eadẽ quippe eius magnitudo que x̃tus et eadẽ essentia q̃ magnitudo. Hec disputatio nata ẽ ex eo qõ scriptum est christum esse dei virtutem et dei sapientiam. Quapropter in eas angustias sermo coartatur. cum ineffabili a fari cupimus: vt aut dicamus christum nõ esse dei x̃tutem ⁊ dei sapientiam: atq; ita impudẽter ⁊ impie resistamus apostolo: aut christũ qui dem dei virtutem ⁊ dei sapientiam esse fateamur: sed eius patrẽ nõ eẽ patrẽ virtutis et sapientie sue: quod non minus impium est Sic em̃ nec christi erit pater: quia x̃ps dei x̃tus ⁊ dei sapientia est: aut non esse patrẽ virtute sua potentẽ: neq; sapientia sua sapientem: qõ q̃s audeat dicere: aut aliud in patre intelligi esse: aliud sapientem eẽ: vt non hoc ipso sit quo sapiens est: quod de anima intelligi solet: que alias insipiẽs: alias sapiens ẽ: velut natura mutabilis: ⁊ nõ summe perfecteq; simplex: aut patrẽ nõ esse aliquid ad se ipsum: ⁊ nõ solum quod pater est: sed omnino qõ ẽ: ad filiũ relatiue dici. Quõ ḡ eiusdem ẽntie filius cui⁹ pater. q̃ quidem ad seipsum nec essentia est. nec oñino est ad seipm sed etiam esse ad filium illi est. Ateñ multo magis vnius eiusdemq; essentie. q; vna eademq; eẽntia pater ⁊ filius. q̃ quidẽ patri ñ ad seipm est ipm esse. sed ad filiũ quã essentiam genuit: ⁊ qua essentia est quicquid est. Neuter ergo ad se est. et vterq; ad inuicem relatiue dicitur. an pater solus. non solum


Incipiunt capitula libri decimi.

i De studijs discere amantium qō ignorant: quod tamen non expeterēt scire si penitus ignorarent.

ij Quibus causis amari videntur cognita: cum ipsa scientia eorum que nescimus expetitur.

iij An incognita sibi sit mens cum se querit vt nouerit.

iiij De proprijs mentis que non potest ignorare.

v In quo mens nosse se debeat: et a quibus abstinere ne eis quasi proprijs delectetur: atq; in se minus nouerit

vj In quibus mens de se cogitans possit errare.

vij De opinionibus eorum qui mentem aliquid precipuum corporis esse senserunt.

viij Q; mens nosse se querens: nihil de se corporeum debet cogitare

ix Quomodo mens cognoscit seipsam.

x Q; mens nosse se cupiens nihil eorum de se opinari debeat: de quibus scit esse dubitandum.

xj De memoria: intelligentia & voluntate: in quibus mens habet in se quandam imaginem diuine trinitatis.

xij De querenda imagine trinitatis etiam in his que anima ex corporis sensibus concipit.

Aurelij Augustini episcopi de trinitate liber decimus incipit.

De studijs discere amantium quod ignorant: quod tamen non expeterent scire si penitus ignorarēt.

Capitulum. I.

n Nc ad ea ipsa consequenter enodatius explicāda lima tior accedat intentio. Ac p̄mū quia rem prorsus ignotā amare omnino nullus potest: diligenter intuendum est cuiusmodi sit amor studentium: id est non iam scientiuz: sed adhuc scire cupientiū quāq; doctrinā. Et in his q̄pe rebꝰ i q̄bꝰ nō vsitate or studium solent existere amores ex auditu: dum

cuiusq; pulchritudinis fama ad videndum ac fruendū animus accendit·q; generaliter no uit corpoꝝ pulchritudines: ex eo q; plurimas vidit: & inest intrinsecus vñ aptrobet: cui forin secus inhiat·Qđ cū fit: nō rei penit⁹ incogni te amor excitat·cui⁹ genus ita notū est: Cum aūt virū bonū amamus: cui⁹ faciē nō vidim⁹: ex noticia virtutū amam⁹·quas nouim⁹ i ipa veritate Ad doctrinas aūt cognoscēdas: ple rūq; nos laudantiuz atq; pdicantiū accendit auctoritas·Attū nisi breuit impressā cuiusq; doctrine haberem⁹ in aīo notionem: nullo ad eā discendā studio flagrarem⁹·Quis ei scien de: verbi gratia: rhetorice vllā curā & operam impenderet: nisi ante sciret eā dicendi eē scie tiam·Aliqñ etiā ipaꝝ doctrinaruz fines audi tos expertos ve miramur: & ex hoc inardesci mus facultatē cōparare discendo qua ad eos puenire possim⁹·Tanq; si litteras nescieti di catur: quandā esse doctrinā qua quisq; valeat q̄uis longe absenti verba mittere manu fa cta in silentio: que rursus ille cui mittunt non auribus: sed oculis colligat: idq; fieri videat· Nōne dū concupiscit nosse qđ id possit: oi stu dio circa illū finē mouet: quē iam notū tenet· Sic accendunt studia discentiū·Nā qđ quisq; prorsus ignorat: amare nullo pacto pōt·Ita etiā signū si quis audiat incognitū: veluti ver bi alicui⁹ sonū quo quid significet ignorat: cu pit scire quid nā sit: id est sonus ille cui rei cō memorande institutus sit: veluti audiat cū di citur temetum & ignorans quid sit: requirat· Jam itaq; oportet vt nouerit signū esse: id est non esse inanem illam vocem: sed aliquid ea significari·Alioquin iam notum est hoc trissyl labum: & articulatam speciem suam impressit animo per sensum aurium·Quid amplius in eo requiratur: quo magis inotescat: cui⁹ oēs littere oiaq; soni spacia nota sunt·nisi q; simt innotuit signum esse: mouitq; sciendi cupidi tatē: cui⁹ rei signū sit·Quo igit amplius notū est: sed non plene notū est: eo cupit animus ꝺ illo nosse qđ reliquū est·Si em̄ tm̄ mō esse istā vocem nosset: eamq; alicui⁹ rei signū esse non nosset: nihil iam quereret de sensibili re: q̄ntū poterat sentiendo percepta·Quia vero non solum esse vocem: sed & signū esse iam nouit: perfecte id nosse vult·Neq; vllū pfecte signū noscitur·nisi cui⁹ rei signū sit: cognoscat·Hoc q̄ qui ardenti cura querit vt nouerit: studio q; accensus insistit: nō pōt dici esse sine amore Quid igitur amat·Certe enīz amari aliquid nisi notū non potest·Neq; ille istas tres syllā bas amat·quas iā notas habet Q; si hoc i eis amat·quia scit eas significare aliquid nō inde nunc agitur: non enim hoc nosse querit·Sed in eo qđ scire studet quid amet: inquirimus: qđ pfecto nondum nouit: & propterea mira mur cur amet: qm̄ firmissime nouimus ama ri nisi nota nō posse·Quid ergo amat: nisi qa nouit atq; intuetur in rationibus rerū que sit pulchritudo doctrine: qua continentur noti cie signoꝝ oim: & que sit vtilitas in ea peritia qua inter se humana societas sensa cōmuni cat. ne sibi hominū cetus deteriores sint: qua uis solitudine: si cogitationes suas colloquē do non misceantur·Hanc ergo speciez deco rem & vtilem cernit anima: et nouit: & amat eamq; in se pfici studet q̄tum potest: quisq; vocum significantium: quecunq; ignorat: in quirit·Aliud est enim qđ eam in veritatis lu ce conspicit: aliud quod in sua facultate con cupiscit·Cōcupiscit nanq; in luce veritat⁹: q̄ magnū & q̄ bonū sit: omnes omnium genti um linguas intelligere ac loqui: nullamq; vt alienigena audire & a nullo ita audiri·Cuius noticie decus cogitatiōe iam cernitur: ama turq; res nota q̄ ita conspicit: atq; inflāmat studia discentiū: vt circa eam moueant: eiq; inhient in omni opera quā impēdunt ꝓ quē de tali facultati: vt etiam vsu amplectantur qđ ratione ꝓnoscunt: atq; ita quisq; cui facul tati spe ꝓpinquat: ei feruētius amore inar desc it·Eis doctrinis quipe studet vehemētius que capi posse non desperant·Nam cuius rei adipiscende spem quisq; non gerit: aut tepi de amat aut oīno nō amat q̄uis q̄ pulchra sit videat·Quocirca: q; oīm liguaꝝ scia fere ab oīb⁹ desperat: sue gētis q̄sq; maxie studet vt nouerit·Q; si & illi ad pfectū pcipiende se nō sufficē sētit: nemo tñ tā desidiosus ē h⁹ noticie q̄ nō cū audierit incognitū v̄bū velit nosse qđ illud sit: & si pōt q̄rat & discat·Qđ dū q̄rit: vti q; in studio discēdi ē: & v̄ amare rē incognitaz qđ nō ita ē·Spēs nāq; illa tāgit aīm quam no uit & cogitat: in q̄ elucet dec⁹ ꝓsciandoꝝ ani moꝝ in vocib⁹ notis audicdis atq; reddēdis eaq; accēdit studio querētē q̄dē qđ ignorat: ꝑ notā formā q̄ id ptineat intuentē & amantem Jtaq; si querenti·verbi gratia·quid sit teme tum (hoc em̄ exempli causa posueram) dicat: quid ad te pertinet: respondebit·Ne forte au diam loquentem: & non intelligam: aut vsp iam forte id legaz: et quid scriptoꝝ senserit ne sciam·Quis tandem huic dicat noli intellige re quod audis: noli nosse quid legis·Omni bus enīz fere animis rationalibus in ꝓmpru est: ad videndū huius ptis pulchritudo: qua

hoīm inter se cogitata: significantiū vocū enū
ciatione noscunt. ꝓpter hoc notū decus. ⁊ ob
hoc amatū quia notū. studiose queritꝫ verbuz
illud ignotū. Itaqꝫ cū audierit atqꝫ cognoue
rit temetū. a veteribus vinū appellatū: ꝙ iam
ex vsu loquendi quē nūc habem⁹ hoc vocabu
lū emoztuū. ꝓpter nōnullos fortasse veteruz
libzos sibi necessariū deputabit. Si autē illos
superuacaneos habet. forte iā nec dignuz qō
memozie cōmēdet existimat: qz videt ad illaz
spēm doctrine quā notā mente intuetur atqꝫ
amat minime ꝓtinere. ¶ Qbzē oīs amoz stu-
dentis animi. hoc est volētis scire qō nescit: nō
est amoz ei⁹ rei quā nescit: ꝙ ei⁹ quā scit: ꝓpt
quā vult scire qō nescit. aut si tā curiosus ē. vt
nō ꝓpter causam aliā notā: sed solo amoze ra
piat incognita sciēdi: discernend⁹ quidē est a
studiosi noīe iste curiosus: sed nec ipe amat in
cognita: īmo ꝙgruenti⁹ ōz: odit incognita: que
nulla esse vult: dū vult oīa esse cognita. Sed
ne quisqꝫ nobis difficiliozē referat questionez
asserens tā nō posse quēqꝫ odisse qō nescit: qꝫ
nō pōt amare qō nescit. nō resistim⁹ verbis: ꝙ
intelligendū est: nō hoc idē dici cū dicit: amat
scire incognita. ac si diceret: amat incognita.
Illud ei fieri pōt vt amet quisqꝫ scire incogni
ta. vt aūt amet incognita non pōt. Non enim
frustra ibi est positū scire. ¶ Nū qui scire amat i
cognita. nō ipa incognita. sed ipm scire amat
Quod nisi haberet cognitū neqꝫ scire se quic
qꝫ posset fidenter dicere neqꝫ nescire. Non so
lum em̄ qui dicit scio. ⁊ verum dicit. necesse est
vt quid sit scire sciat. sed etiaz qui dicit nescio.
id que fidenter ⁊ verū dicit ⁊ scit verū se dicere
scit vtiqꝫ quid sit scire. qz ꝺiscernit ab sciente
nescientem. cum veraciter se intuens dicit ne
scio. Et cū ipe scit se verum dicere vnde sciret
si quid sit scire. nesciret.

Quibus causis amari videtur cognita. cū
ipa scientia eoꝝqꝫ nescimus expedit. Ca. XI.

Q Uilibet igitur studiosus. quilibet cu
rioſus non amat incognita. cum ar
dentissimo appetitu instat scire qō
nescit. Aut em̄ iam genere notuz habet quod
amat idqꝫ nosse expedit. etiā in aliqua re sin-
gula vel in singulis rebus que illi nondū note
forte laudant: fingitqꝫ aīo in animo riam foz-
mam qua excitetur in amoze. Unde aūt fin-
git nisi ex his que iam nouerat. Cui tamē foz-
me aīo figurate atqꝫ in cogitatione notissime
si eam que laudabat dissimilem inuenerit. foz
tasse nō amabit. ¶ Qō si amauerit. ex illo ama-
re incipiet ex quo didicit pauloante quippe
alia erat que amabatur. quam sibi animus
formās exhibere cōsueuerat. Si aūt illi forme
similē inuenerit quā forma ꝑdicauerat: cui ve
re possit dicere. iā te amabam. nec tunc vtiqꝫ
amabat incognitā: quā i illa sil'itudie nouerat
Aut i spē sempiterne rōis videm⁹ aliqd ⁊ ibi
amamus: qō cum expzessum in aliq̄ rei tpalis
effigie: illis q̄ expti sunt laudantibus ⁊ amā-
mus ⁊ credim⁹: nō aliqd amam⁹ incognitum
vñ iam supza satis disseruim⁹. Aut aliqd no-
tum amam⁹: ꝓpter qō ignotū aliqd querim⁹
cui⁹ ignoti amoze nequaqꝫ nos tenet. ꝙ illius
cogniti q̄ ptinere nouim⁹: vt illud etiā qō ad-
huc ignotū q̄rimus nouerim⁹: sicut ō incogni
to verbo pauloante locut⁹ sum Aut ipm scire
quisqꝫ amat: quod nulli scire aliquid cupien
ti esse incognitū pōt. His causis videt amare
incognita qui scire aliquid volunt quod ne-
sciūt ⁊ ꝓpter ardentiozē q̄rēdi appetitū sine
amoze esse dici non pōt. Sed qꝫqꝫ se res aliter
habeat: nec oīno quicqꝫ amet incognitū. ar-
bitroz me ꝙsuasisse verū diligenter intuenti-
bus. Sed qz exempla q̄ dedim⁹ eoꝝ sunt qui
aliqd qō ipsi non sunt nosse cupiūt. videndū
est. ne forte aliqō nouū genus apareat cum
seipsa mens nosse desiderat.

An incognita sibi sit mens cū se querit vt
nouerit Capl'm. III.

Q Uid q̄ amat mēs. cū ardenter seip-
sam q̄rit vt nouerit. dum incognita
sibi est? Ecce em̄ mens semetipaz q̄-
rit vt nouerit: ⁊ inflāmat hoc studio. Amat
igit. Sed qd amat? Seipam. Quō. cū se non
dū nouerit. nec q̄sqꝫ possit amare qō nescit?
An ei fama ꝑdicauit speciē suā. sicut de absen
tib⁹ solemus audire Forte q̄ se nan amat. sed
qō de se fingit hoc amat. lōge fortasse aliud qꝫ
ipa est. aut si se mens sui simile fingit. ⁊ iō cum
hoc figmētum amat se amat anteqꝫ nouerit:
qz id qō sui simile est intuet. Nouit igit alias
mētes ex quib⁹ se fingat. ⁊ genere ipso sibi no
ta est. Cur ergo cum alias mētes nouit. se nō
nouit. cū seipa nihil possit esse ꝓsentius. ¶ Si
vt oculis coꝝpis. magis alij oculi noti sunt. qꝫ
ipi sibi nō se q̄rat nūqꝫ inuētura. Nūqꝫ ei se
oculi ꝓter specula videbūt. Nec vllo mō putā
dū est etiā reb⁹ incoꝝpeis ꝓtēplādis tale aliqd
adhiberi. vt mēs tanqz in speculo se nouerit.
An i rōne veritatis eterne videt qz speciosuz
sit nosse semetipam. ⁊ hoc amat. qō videt stu-
detqꝫ i se fieri. qz cuius sibi nota nō sit. notū tñ
ei ē qz bonū sit vt sibi nota sit Et ꝺ q̄dē p̄mira
bile ē: nōdū se nosse. ⁊ qz sit pulchꝫ se nosse iā
nosse An aliquē finē optimū. i. securitatē ⁊ bea
titudinē suā videt. p q̄ndā occultā memoriā q̄

in longinqua eã ꝓgressam nõ deseruit· ⁊ credit ad eundẽ finẽ: nisi seipam cognouerit se peuenire nõ posse. Ita dũ illud amat hoc ꝗrit· ⁊ notũ amat illud ꝓpter qõ querit ignotũ· Sz cur memoria beatitudinis sue potuit⁊ memoria sui cũ ea perdurare non potuit· vt tam se nosset que vult puenire· ꝙ nouit illud ą vult puenire· An cũ se nosse amat· nõ se quã nondum nouit· sed ipm nosse amat: acerbiusq; tolerat seipam deesse scientie sue· qua vult cuncta comꝓhendere· Nouit aũt quid sit nosse: ⁊ dum hoc amat qõ nouit etiam se cupit nosse· Vbi ergo nosse suũ nouit si se non nouit· nam nouit qõ alia nouerit· se aũt nõ nouerit· hinc eñ nouit: ⁊ quid sit nosse· Quo pacto igitur se aliquid scientẽ scit: que seipam nescit· neq; eñ alterã mentẽ scientem scit ꝙ seipam· Scit igitur seipam· Deinde cũ se querit vt nouerit querentẽ se iã nouit· Jã se ergo nouit· Quapropter non põt oino nescire se· Que dum se nescientẽ scit: se vtiq; scit· Si aũt se nescientẽ nesciat· nõ se querit vt sciat: Quapropter eo ipo quo se querit· magis se sibi notã ꝙ ignotã esse cõuincit· Nouit eñ se querentẽ atq; nescientẽ: dũ se querit vt nouerit· Quid ergo dicemus· An qõ ex ꝑte se nouit: ex ꝑte non nouit Sed absurdũ est dicere: nõ eam totã scire qõ scit· Non dico totũ scit: ꝙ qõ scit: tota scit· Cũ itaq; aliquid de se scit: qõ nisi tota nõ põt· totã se scit· Scit aũt se aliqd scientẽ· nec põt quicq; scire nisi tota· Scit se igitur totaz· Deinde qd eius ei tam notũ est ꝙ se viuere·

De proprijs mentis que non potest ignorare· Capitulum· IIII·

Non põt aũt ⁊ mens esse⁊ nõ viuere qñ habet etiã amplius vt intelligat Nam ⁊ anime bestiarum viuunt: sed non intelligunt· Sicut ergo mens tota mens est· sic tota viuit· Nouit aũt viuere se· Totam se igitur nouit· Postremo cũ se nosse mens ꝗrit: mentẽ se esse iã nouit· alioquin vtrũ se querat ignorat: ⁊ aliud ꝓ alio forsitan querat· Fieri eñ põt vt ipa nõ sit mens· atq; ita dum mẽtem nosse querit: non seipam querat· Quapropter qñ cum querit mens quid sit mens· nouit qõ se querat· ꝓfecto nouit quod ipsa sit mens: porro si hoc in se nouit quod mens est· ⁊ tota mens est· totam se nouit: Sed ecce nõ se nouerit esse mẽtem: cum aũt se querit· hoc tantũmodo nouerit quod se querat· Potest eñ etiam sic aliud ꝓ alio querere· si hoc nescit vt autẽ non querat aliud pro alio· ꝓculdubio nouit quid querat· At si nouit quid querat: ⁊ seipam querit· seipm vtiq; nouit· Quid ergo adhuc ꝗrit: q si ex ꝑte se nouit: ex parte ãt adhuc ꝗrit: non seipam: sed ptẽ suã querit: Cum eñ ea ipa dicit· Deinde q: nouit nõdũ se a se inuentã totã: nouit ꝗnta sit tota· Atq; ita ꝗrit qõ deest· quẽadmodũ solemus ꝗrere vt veniat in mentez qõ excidit: nec tñ penitus excidit: q: põt recognosci cũ venerit hoc eẽ qõ ꝗrebaꝫ· Sed quõ mens veniat in mentẽ quasi possit mens in mente non esse: huc accedit q: si parte inuẽta nõ se totã querit· tñ tota se ꝗrit Tota ergo sibi ꝓsto est: ⁊ quid adhuc queraꝫ non est: hoc eñ deest quod queritꝫ: nõ illa que querit· Cum itaq; tota se querit nihil eius deest· Aut si non tota se querit· sed pars que inuenta est· querit partem que non dum inuenta est· Non se ą mens ꝗrit cuius se nulla pars querit: pars eñ que inuenta est: nõ se querit· pars autem que nondum inuenta est: nec ipsa se querit: quoniam ab ea que iam inuenta est parte non queritur· Quocirca quia nec tota se mens querit: nec pars eius vlla se querit se mens omnino nõ querit·

Jn quo mens nosse se debeat: ⁊ a quib⁹ abstinere ne eis quasi proprijs delectetur atq; i se minus nouerit· La· V·

Et quid ergo ei ꝓceptum est: vt seipaz cognoscat: credo vt seipm cogitet: ⁊ ꝓm naturã suam viuat: id ẽ vt ꝓm naturã suam ordinati appetat: sub eo scz cui subdenda est: supra ea quib⁹ ꝓponẽda est: sub illo a quo regi debet: supra ea que regere debet· Multa eñ p cupiditatẽ prauã tanq; sui sit oblita: sic agit· Videt eñ q̃dã intrinsecus pulcra: in prestanto ini natura que deus est Et cũ instare debeat vt eis fruaꝫ: volens ea sibi tribuere: ⁊ non ex illo: similis illius: sed ex seipsa esse quod ille est: auertitur ab eo: mouetur q; ⁊ labitur in minus ⁊ minus: quod putaꝫ amplius ⁊ amplius: quia nec ipsa sibi: nec ei quic ꝙ sufficit recedenti ab illo qui solus sufficit· Jdeoq; per egestatem ac difficultatem sit nimis intenta in actiones suas: ⁊ inquietas delectationes quas per eas colligit: atq; ita cupiditati acquirendi noticias ex his que foris sunt: quorum cognitum genus amat: ⁊ sentit amitti posse: nisi impensa cura tenet teneantur perditq; securitatem: tanteq; seipsam minus cogitat: quãi omagis secura est: q se non possit amittere· Jta cum aliud sit nõ se nosse: aliud nõ se cogitare· Neq; eñ multaꝫ doctrinaꝫ peritũ: ignorare grãmaticã dicimus· cũ eã nõ cogitat: q: de medicina arte tunc cogitat· Cũ ergo aliud sit nõ se nosse: ⁊ aliud se cogitare: tanta vis est amoris· vt ea que cum

amore diu cogitauerit· eiscꝫ cure glutino in-
heserit·attrahat secũ etiã cũ ad se cogitandã
quodãmõ redit·Et qz illa corpora sunt que fo
ris per sensus carnis adamauit·eozcꝫ diutur
na quadã familiaritate implicata est·nec secũ
põt introrsum tancꝫ in regiõẽ incorporee na
ture ipa corpa inferre:imagines eorum con-
uoluit ꝛ rapit·factus in semetipa:de semetipa
Dat eñ eis formãdis quiddam substãtie sue:
seruat aũt aliquid:quo libere de specie taliz
imaginum iudicet:ꝛ hoc est magis mens·id
est rõalis intelligentia·que seruaꝝ vt iudicet
Nam illas anime ptes que corpoꝝ silitudini-
bus informantur·etiam cum bestijs nos cõ-
munia habere sentimus·

In quib⁹ mẽs in se cogitans possit errare·

Capitulum·VI·

Rat aũt mẽs:cũ se istis imaginibus
tãto amore ꝓsũgit:vt etiã se eẽ aliqd
hmõi existimet·Jta eĩ ꝓformaꝝ eis quodãmõ
nõ id existendo sed putando·nõ quo se imagi
nem putet·ꝑ oĩno illud ipm cui⁹ imaginẽ secũ
habet: Eliget quippe in ea iudiciũ discernẽdi
corpus qđ foris relinquit ab imagine·quã de
illo secũ gerit·nisi cũ ita exprimunꝝ eedẽ ima-
gines tancꝫ foris sentiaꝝ:nõ intus cogitẽtur
sicut dormientib⁹:aut furentibus:aut in aliq̃
extasi accedere solet·

De opinionibus eoꝝ qui mentẽ aliqd ꝑci-
puũ corporis esse senserũt· Capitulũ·VII·

Um itaqꝫ se tale aliqd putat·corp⁹
c esse se putat:Et qz sibi bñ conscia est
principat⁹ sui quo corpus regit·hĩc
factũ est vt quidã quererent qđ corpis ãplius
valeret in corpe:ꝛ hoc esse mentẽ·vel oĩno to
tã aĩam existimarẽt vt empedocles ꝛ ericates
opinati sũt·Jtaqꝫ alij sanguinẽ:alij cerebruz
alij cor:nõ sic̃ scriptura dic̃·Cõfitebor tibi dñe
137. in toto corde meo·Et diliges dõm deũ tuum
Deut·6. ex toto corde tuo·Hoc·n·abutendo vel trans
ferẽdo vocabulo ꝺra corpe ad animũ: ꝑ ipam
oĩno pticulã corpis quã in viscerib⁹ dilaniatis
videm⁹·eã eẽ putauerũt Alij ex minutissimis
indiuiduisqꝫ corpusculis ꝙs atomos dicũt·cõ-
currentib⁹ in se atqꝫ coherentib⁹·eã ꝑfici cre-
diderũt. Alij aerẽ·alij ignẽ·substantiã ei⁹ esse
dixerũt·Alij eã nullã esse substantiã·quia nisi
corpus:nullã substantiam poterãt cogitare·ꝛ
eã corpus esse nõ inueniebãt·sed ipam tempe
rationẽ corpis nr̃i vel cõpageni primordioruz
quib⁹ ista caro tãcꝫ ꝓnectit·eẽ opinati sunt eo
qꝫ oẽs eã mortalẽ esse senserũt:qz siue corpus
esset:siue aliqua cõpositio corporis·nõ posset
vtiqꝫ imortaliter ꝑmanere·Qui vero ei⁹ sub
stantiã vitã quandã nequaqꝫ corporeã·qñ qđẽ
vitã oẽ viuũ corpus animantẽ ac viuificantez
esse repertũ·cõsequenter ꝛ imortalẽ·qz vite
carere vita nõ põt·vt quisqꝫ potuit ꝑbare co-
nati sunt·Rã de quinto illo nescio:quo corpe-
qõ notissimis qttuor hui⁹ mũdi elementis q̃-
dã ꝑiũgentes·hinc aĩam esse dixerũt·hoc lo-
co diu disserendũ nõ puto·Aut eñ hoc vocãt
corpus qõ nos·cui⁹ in laci spacio ꝑs toto mi-
nor est·ꝛ in illis annumerãdi sunt q̃ mẽtẽ cor-
poreã esse crediderũt: Aut si vel oẽm substan
tiam:vel oẽm mutabilẽ substantiã corpus ap-
pellant·cũ sciant nõ oẽ locoꝝ spacijs aliqua lõ
gitudine vel latitudine ꝛ altitudine cõtineri
nõ cũ eis de vocabuli questione pugnandũ ẽ·
Jn his oĩb⁹ sentẽtijs q̃libz videt mẽtis naturã
ꝛ eẽ substantiã ꝛ nõ eẽ corpeã·i· nõ minore sui
pre min⁹ occupare loci spaciũ·mai⁹ qꝫ maiore
sil oportet videat eas q̃ opinanꝝ eẽ corporeaz
nõ ob hoc errare qõ mens desit eoꝝ noticie·ꝑ
qõ adiũgũt ea:sine quibus nullã pñt cogitare
naturã·Sine phantasijs eñ corpm quicquid
visũ fuerint cogitare·nihil oĩno eẽ arbitrãꝝ·iõ
qꝫ nõ se tancꝫ sibi desit mens requirat·Quid
eñ tã cognitõi adest·qꝫ id qõ menti adest·aut
qđ tã mẽti adest:qꝫ ipa mens·Eñ ꝛ ipa q̃ ap-
pellaꝝ inuentio·si verbi originẽ retractemus
qđ aliud resonat·nisi qz inuenire est in id ve-
nire qõ querit̃·Propterea q̃ qsi vltro in mẽtẽ
veniũt·nõ vsitate dicunt̃ inuẽta·cuius cogni-
ta dici possint·qz nõ in ea q̃rendo tendebam⁹
vt in ea veniremus:hoc est ea inueniremus·
Quapropter sicut ea que oculis aut vllo alio
corpis sensu requirunt̃·ipa mens querit·ipsa
eñ etiã sensũ carnis intendit·tũc aũt inuenit
cũ in ea q̃ requirunt̃ id est sensus venit·Sic
alia que non corporeo sensu internuncio·sed
ꝑ seipam nosse debet cũ in ea venit·inuenit:
Aut in supiore substãtia·i·in deo:aut in cete-
ris aĩe partibus sicut de ipis imaginibus cor-
poꝝ cum iudicat·intus eñ in aĩa eas inuenit
per corpus impressas

Qz mens nosse se cupiẽs nihil eoꝝ ꝺ se cor-
poreũ debeat cogitare·

Capitulum·VIII·

Rgo seipam quemadmodum que-
e rat ꝛ inueniat·mirabilis questio est
q̃ tẽdat·vt q̃rat·aut veniat:vt inue-
niat·Quid eñ tam in mente qꝫ mẽs est· Sed
quia in his est que cum amore cogitat·sensibi
libus aũt:id est corporalibus cũ amore assue
facta est·nõ valet sine imaginibus eorum eẽ
in semetipa·hinc ei obortũ errozis dedecus·
dum rerum sensarum imagines se cernere·

a se non pōt: vt se solā videat Cohēserunt eñ mirabiliter glutino amoris: ⁊ hec est eius immundicia: qñ dū se solē nititur cogitare· ḥ se putat esse sine quo se non pōt cogitare· Cum igit ei p̄cipiē vt seipam cognoscat: non se tā q̄ sibi detracta sit querat: sed id qō sibi addidit detrahat· Interior est eñ ipa: non solū q̄ ista sensibilia que manifeste foris sunt· sed etiaz q̄ imagines eoz q̄ in parte quadā sunt aie· quā habent ⁊ bestie: q̄uis intelligentia careant q̄ mētis est ppria· Cū ergo sit mens interior q̄dam mō extra semetipa· cū in hec quasi vestigia multaz intentionū exerit amoris affectū Que vestigia tanq̄ imprimunt memorie· qñ hec que foris sunt corpalia sentiunt: vt etiam cū absunt ista: presto sint tñ imagines eorum cogitantib⁹· Cognoscat g̃ semetipam: nec q̄si absentē se querat: sed intentionem voluntatis qua palia vagabat statuat in seipam: ⁊ se cogitet· Ita videbit q̄ nunq̄ se nō amauerit: nunq̄ nescierit: Sed aliud secū amando cuz eo se confudit ⁊ cōcreuit quodammō: atq̄ ita dū sicut vnum diuersa cōplectitur: vnum putauit esse que diuersa sunt

Quō mens cognoscit seipam Capt̄ IX·

n Un itaq̄ velut absentem se querat cernere: ꝑ pñtez se curet discernere Nec se quasi nō nozit cognoscat· sed ab eo q̄ alterū nouit dinoscat· Jpm eñ quod audit: cognosce· teipam· quō agere curabit si nescit· aut q̄d sit cognosce· aut q̄d sit teipsam· Si aūt vtrū q̄ nouit: nouit seipam· q⁹ ita ñ oz menti· cognosce teipaz· sicut oz cognosce cherubin aut seraphin· De absentibus ei illis credimus: ꝓm qō celestes quedā ptātes esse p̄dicañ· Nec q̄ sicut oz cognosce voluntatē illius hois· q̄ nobis nec ad sentiendū vllo mō· nec ad intelligendū p̄sto est· nisi corpalib⁹ signis editis· ⁊ hoc ita vt magis credam⁹ q̄ intelligamus: Nec q̄ ita vt oz hoi· vide faciē tuā· quod nisi in speculo fieri nō pōt· Nā ⁊ ipa nra facies absens ab aspectu nro est· q⁹ nō ibi est q̄ ille dirigi pōt· Sed cū oz mēti· Cognosce teipam· eo ictu q̄ intelligit qō dictū est· teipam· cognoscit seipam· nec ob aliud q̄ eo q̄ sibi p̃s est· Si āt qō dictū est nō intelligit: nō vtiq̄ facit· ḥ igit ei p̄cipiē vt faciat· qō cū ipm p̄ceptū intelligit· facit· Nō ergo adiūgat aliud ad id qō seipam cognoscit· cū audit vt seipam cognoscat· Certe enim nouit sibi dici· sibi scilicet que est· ⁊ viuit· ⁊ intelligit· Sed est ⁊ cadauer· viuit ⁊ pecus· intelligit autem nec cadauer nec pecus· Sicut ergo sese esse ⁊ viuere scit· quomodo ē ⁊ viuit intelligentia·

Q mens nosse se cupiēs nihil eorum de se opinari dēat de q̄b⁹ scit eē dubitādū· Ca·X·

Um ergo: verbi gra: mens aerez se c putat· aerē intelligere putat· Se tñ intelligere scit· aerem aūt se esse nō scit· sed putat· Se cernat qō putat· cernat qō scit· hoc ei remaneat· Tñ ne illi quidē dubitauerunt· q̄ aliud atq̄ aliud corp⁹ esse mentem putauerūt Nec eñ oīs mens aerem se eē existimat· ꝙ alie ignē: alie cerebrū· alie q̄ aliō corpus· ⁊ aliud alie· sic supra cōmemorauī· oēs tñ se intelligere nouerunt ⁊ esse ⁊ viuere· Sed intelligere ad id qō intelligunt referunt· eē aūt ⁊ viuere ad seipas· Et nulli est dubiū· nec quē q̄ viuere q̄ non sit· Ergo ꝓsequenter ⁊ eē ⁊ viuere id qō intelligit· non sicuti est cadauer qō nō viuit· nec sicuti viuit aīa q̄ nō intelligit: sed ppio quodā eodēq̄ pstantioze mō· Jtē velle se sciunt· nec q̄ hoc posse quēq̄ qui non sit ⁊ q̄ non viuat pariter sciunt Jtēq̄ ipam voluntatem referunt ad aliquid qō ea voluntate volunt· Meminisse etiā se sciunt· simulq̄ sciunt quod nemo meminisset nisi esset ac viueret· Sed ⁊ ipam memoriam referimus ad aliq̄d quod ea meminimus· Duobus igitur horum trium memoria ⁊ intelligentia multarū rerum noticia atq̄ scientia ptinentur· Voluntas āt adest· per quā fruamur eis vel vtamur· Fruimur enim cognitis· in quibus volūtas ipis pter seipa delectata conquiescit· vtimur vero eis que ad illud referimus quo fruendum est Nec est alia vita hominū vitiosa atq̄ culpabilis· q̄ male vtens ⁊ male fruens· We qua re si est nunc differēdi locus· Sed quoniam de natura mentis agitur· remoueamus a consideratione nostra oēs noticias que capiūtur extrinsecus per sensus corporis· ⁊ ea q̄ possumo oēs mentes de seipis nosse· certasq̄ esse diligentius attendamus· Utrum enim aeris sit vis viuendi· reminiscendi· intelligēdi· volēdi· cogitandi· sciendi· iudicandi· An iguis· an cerebri· an sanguinis· an athomoruz· an preter vsitata quattuor elementa· quinti nescio cuiº corporis· an ipius carnis nostre compago· vt temperamentum hec efficere valeat· dubitauerunt hoies· ⁊ alius hoc: alius aliud affirmare conatus est· Uiuere se tñ ⁊ meminisse· ⁊ intelligere· ⁊ velle· ⁊ cogitare· ⁊ scire· ⁊ iudicare quis dubitet· Q̄ñ quidem etiam si dubitat vt uit· si dubitat vnde dubitet meminit: si dubitat dubitare se intelligit· si dubitat certus esse vult· si dubitat cogitat· si dubitat scit se nescire· si dubitat iudicat non se temere consentire oportere Quisquis igitur aliun de dubitat

de his oĩbus dubitare non debet: que si non essent: de vlla re dubitare nõ posset. Ihe oĩa q̃ vel corpus vel cõpositionẽ seu tpationẽ corporis esse mentẽ putãt: in subiecto esse volũt videri: vt substãtia sit aer: vel ignis siue aliq̃d aliud corpus: q̃d mẽtẽ putãt. Intelligẽtia ẋo ita insit huic corpi: sicut qualitas eius. vt illud subiectũ sit: hec in subiecto: subiectũ scz mẽs quã corpus esse arbitrant̃: in subiecto aũt intelligẽtia: siue q̃d aliud eor̃ que certa nobis esse cõmemorauimus. Iuxta opinant̃ etiã illi qui mentẽ ipam negãt esse corpus. sed compaginẽ aut tempationẽ corpis. Hoc em̃ interest: q̃ illi mentẽ ipam dicunt esse substantiam in quo subiecto sit intelligentia. Isti aũt ipaz mentẽ in subiecto esse dicũt corpe scz cuiꝰ cõpositio vel tempatio est. Ẽ̃ ꝓsequenter etiã intelligentiã quid aliud q̃ in eodez subiecto corpe existimãt? Qui oẽs nõ aduertũt mentẽ nosse se etiã cũ querit se: sicut iã ostendimꝰ Nullo mõ aũt recte dicit̃ sciri aliqua res: duz eiꝰ ignorat̃ sba. Quapropt̃ cũ se mens nouit sbam suã nouit: ⁊ cũ de se certa est: de sba sua certa est. Certa est aũt de se: sicut puincũt ea que supra dicta sunt. Nec oĩno certa est: vtr aer an ignis sit: an aliq̃d corpus: vl aliq̃d corporis. Nõ est igit̃ aliq̃d eor̃. Totũq̃ illud q̃ se iubet̃ vt nouerit: ad hoc ptinet vt certa sit nõ se esse aliq̃d eor̃ de quibꝰ incerta est: idq̃ solũ esse se certa sit: q̃ solum esse se certa est. Sic em̃ cogitat ignẽ aut aerẽ: ⁊ quicq̃d aliud corpis cogitat. Necq̃ vllo mõ fieri possz vt ita cogitaret id q̃ ipa est: quẽadmodũ cogitat id q̃ ipa nõ est. Per phantasiã quipe imaginariã cogitat hec oĩa: siue ignẽ: siue aerẽ: siue illud: siue illud corpus: partẽue vllã: siue cõpaginẽ tẽpationẽq̃ corpis: nec vticq̃ ista oĩa: sed aliq̃d hor̃ esse ór. Si q̃d aũt hor̃ esset: aliter id q̃ cetera cogitaret: non scz p imaginale figmentũ: sicut cogitant̃ absentia: q̃ sensu corpis tacta sunt: siue oĩno ipa: siue eiusdẽ generis aliqua: sed quadã interiore: nõ simulata: ꝑ vera pñtia. Non em̃ quicq̃ illi est seipa p̃senti: sicut cogitat viuere se ⁊ meminisse ⁊ intelligere ⁊ velle se. Nouit em̃ ħ in se: nec imaginat̃ quasi extra se illa sensu tetigerit: sicut corpalia queq̃ tangunt̃. Ex quor̃ cogitationibus si nihil sibi assignat: vt tale aliq̃d se esse putet: quicquid ei de se remanet: hoc solum ipsa est

De memoria: intelligentia ⁊ voluntate in quibus mens habet in se quandam imaginẽ diuine trinitatis

Capitulum. XI

Emotis igitur paulisper ceteris: q̃r mens de seipa certa est: tria ħ potissimũ cõsiderata tractemus: memoriam: intelligentiã: volũtatem. In his em̃ tribꝰ inspici solent etiã ingenia puuloꝝ cuiusmodi ꝓferant indolem. Quãto quipe tenacius et facilius puer meminit: q̃toq̃ acutius intelligit ⁊ studet ardentius: tanto est laudabilior ingenij. Luz ẋo de cuiusq̃ doctrina queritur nõ q̃ta firmitate ac facilitate meminerit: vel q̃to acumine intelligat: ꝑ q̃d meminerit ⁊ q̃d intelligat q̃rit̃. Et q: nõ tm̃ q̃ doctus sit considerat̃ laudabilis animus: ꝑ etiã q̃ bonus. nõ tm̃ q̃d meminerit ⁊ q̃d intelligat: verũ etiã q̃d velit attendit̃: nõ q̃ta flagrãtia velit: ꝑ q̃d velit ꝓpus: deinde q̃tũ velit. Tũc em̃ laudandus est animus vehemẽter amans: cũ id q̃ amat vehemẽter amandũ ẽ. Cũ ġ dicunt̃ ħ tria: ingeniũ: doctrina: vsus. Primũ hor̃ ꝓsiderat̃ in illr tribus q̃d possit q̃sq̃ memoria ⁊ intelligentia ⁊ volũtate. Secundũ eor̃ ꝓsiderat̃ q̃d habeat q̃s memoria: ⁊ intelligẽtia: quo studioso vo lũtate puenerit. Jam vero vsus tertius i voluntate est ptractãte illa q̃ in memoria ⁊ intelligentia ꝓtinent̃: siue ad aliq̃d ea referat: siue eor̃ fine delectata ꝓquiescat. Vti em̃ est assumere aliq̃d in facultatẽ volũtatis: vti autem dicit̃ q̃d in vsum venerit: ad id q̃d amas obtinendũ referre: si tũ amandũ est. Frui est enim amore inherere alicui rei ꝓpter seipam: frui est aũt vti cũ gaudio nõ adhuc spei: ꝑ iam rei. Proinde oĩs q̃ fruitur vtitur. assumit em̃ aliquid in facultatẽ volũtatis cũ fine delectationis. Nõ aũt oĩs qui vtit̃: fruitur: ꝑ id q̃d in facultatem volũtatis assumit: nõ ꝓpter illũ ipsum: ꝑ ꝓpter aliud apetit. Ihec igitur tria: memoria intelligẽtia volũtas. qm̃ non sunt tres vite ꝑ vna vita. nec tres mentes sed vna mẽs cõsequẽter vticq̃ nec tres sube sunt: ꝑ vna substantia. Memoria quipe q̃ vita ⁊ mẽs ⁊ substantia dicit̃ ad seipam dicit̃. Q̃ vero memoria dicit̃: ad aliq̃d relatiue ór. Ihoc de intelligẽtia q̃ ⁊ de volũtate dixerim. Et intelligentia quipe ⁊ voluntas: ad aliquid dicunt̃. Vita ẽ autem vna queq̃ ad seipam ⁊ mẽs ⁊ essentia. Quo circa tria hec eo sunt vnum: quo vna vita: vna mens: vna essentia. Et quicquid aliõ ad seipsa singula dicuntur: etiam simul nõ pluraliter sed singulariter dicũtur. Eo vero tria quo ad seinuicem referuntur: que si equalia non essent: non solum singula singulis sed etiam omnibus singula: non vticq̃ se inuicem caperant. Necq̃ enim tantum a singulis singula verũmetiam a singulis omnia capiunt̃. De-

mini enim me habere memoriã ⁊ intelligẽtiã ⁊ voluntatẽ · ⁊ intelligo me intelligere ⁊ velle atq; memisse: ⁊ volo me velle · ⁊ meminisse ⁊ intelligere · totãq; meã memoriã ⁊ intelligẽtiã ⁊ voluntatẽ simul memini · Qđ eñ memorie mee nõ memini: nõ est in memoria mea · Nihil aũt tam in memoria: q̃ ipa memoria ẽ · Totã igit mẽini · Jtẽ q̃cq̃d itelligo itelligere me scio: ⁊ scio me velle q̃cq̃d volo · Quicq̃d aũt scio memini · Totãq; igit itelligẽtiã · totã q; volũtatẽ meã memini · Sic̃r cũ hec tria intelligo · tota simul intelligo · Neq; eñ quicq̃ intelligibiliũ nõ intelligo nisi q; ignoro · Qđ aũt ignoro: nec memini nec volo · Quicquid itaq; intelligibiliũ nõ intelligo: ꝓsequent etiam nõ memini nec volo · Quicq̃d aũt intelligibiliũ memini ⁊ volo: ꝓsequenter intelligo · Voluntas etiã mea totã intelligentiã totãq; memoriam meam capit dum toto vtor qđ intelligo ⁊ memini · Quapropter qñ inuicem a singulis ⁊ tota oĩa capiunt: equalia sunt tota singula totis singulis: ⁊ tota singula simul oĩbus totis · ⁊ hec tria vnũ: vna vita: vna mens vna essentia ·

De querenda imagine trinitatis etiam in his que aĩa ex corpis sensib⁹ ꝓcipit · Ca · XII ·

i Am ne igitur ascendendũ est qualibuscũq; intentionis viribus ad illaz summã ⁊ altissimã essentiã: cui⁹ impar imago est humana mẽs ꝑ tñ imago: an ad huc eadẽ tria distinctius declarãda sunt ĩ aĩa ꝓ illa q̃ extrinsecus sensu corpis capimus: vbi tpaliter impmit rex corporeaq; noticia · Jdẽtem q̃ꝑ ipam in memoria ⁊ intelligẽtia ⁊ voluntate suimet ipius talẽ repiebamus: vt qñ sp se nosse sempq; seipam velle ꝓphendebat simul etiã sp sui meminisse: se mpq; seipam intelligẽ ⁊ amare ꝓphenderet: q̃uis non semp se cogitare discretã ab eis q̃ nõ sunt qđ ipa est ac ꝓ hoc difficile in ea dinoscitur memoria sui ⁊ intelligentia sui · Quasi eñ non sint ꝫ duo: sed vnũ duobus vocabulis apellet: sic apparet in ea re vbi valde ista cõiuncta sunt: ⁊ aliud alio nullo ꝓcedit tpe: amorq; ipe nõ ita sẽtitur esse: cũ eum non prodit indigẽtia: quoniam nõ semp presto est qđ amat · Quapropter etiam tardioribus dilucescere hec pñt duz ea tractant: que ad animũ tempe accedũt: ⁊ q̃ illi tpaliter accidunt cuz meminit qđ antea nõ meminerat: ⁊ cum videt qđ antea non videbat: ⁊ cũ amat qđ antea nõ amabat · Sed aliõ hec tractatio iam poscit exordium: ꝓpter huius libelli modum ·

Explicit liber decimus ·

Jncipiunt capitula libri vndecimi ·

j De imagine trinitatis etiam in eo qđ imago dei non est: id ẽ in homine exteriore querẽda ·

ij De visibili ⁊ vidente atq; visione ·

iij De memoria qua visoꝝ imago retinet ⁊ intentiõe aie q̃ in vtrũq; ꝓcurrit ·

iiij De imaginibus quas cogitationis acies intuetur in phantasia quam memoria concepit ·

v De cogitatiõib⁹ innoxijs ⁊ de his q̃ ab acie recordatiõis abigende sunt ·

vj De fine volũtatis q̃ ꝓgnoscit an recta: an praua cupiamus ·

vij De ea trinitate que iam non ex corpore neq; ex corpis sensu: ſz de memoria nascitur cogitantis ·

viij De multiplicationibus trinitatum q̃ ex recordatione pariuntur ·

ix Q̃ in q̃libet genere trinitatũ volũtas nec parens inueniat esse nec ples ·

x Q̃ facile sit cogitãti fingẽ sibi eas spẽs q̃s nõ vidit ex ea⁊ recordatione q̃s vidit ·

xj De mẽsura ⁊ nũero ⁊ pondẽ q̃ꝑ silitudo sit in memoria ⁊ visiõe ⁊ volũtate ·

Jncipit liber vndecimus ·

De imagine trinitatis etiam in eo qđ imago dei non est: id est in homine exteriore querenda · Capitulum · I ·

n Emini dubiũ est sicut interiorẽ hoiem intelligẽtia: sic exteriorẽ sensu corpis ꝓditũ · Nitamur igitur si possum⁹ in hoc q̃ exteriore indagare qualecũq; vestigiũ trinitatis: non q⁹ ⁊ ipe eodẽ mõ sit imago dei · Manifesta ẽ quippe apostolica sententia: que interiorẽ hoiem renouari dei agnitione declarat ꝑm imaginẽ eius q̃ creauit eũ · cum ⁊ alio loco dicat · Et si exterior hõ noster corrũpit · sed interior renouat de die in diẽ · Jn hoc ergo q̃ corrumpit · quera mus quẽadmodũ possumus quandã trinitatis effigiẽ · ⁊ si nõ expressiorẽ · tñ fortassis ad dinoscendũ faciliorẽ · Neq; eñ frustra · ⁊ iste hõ dicit: nisi q⁹ inest ei nonnulla interioris similitudo · ⁊ illo ipo ordine cõditionis nostre quo mortales atq; carnales effecti sumus: facili⁹ ⁊ quasi familiarius visibilia q̃ intelligibilia ꝓ tractamus · Cum ista sint exterius · illa interius · ⁊ ista sensu corpis sentiamus · illa mente ĩtelligam⁹ · noscq; ipi animi non sensibiles sim⁹ id est corpora · ſz intelligibiles: qñ vita sum⁹

Colo · 3

2 · Cor · 4

tñ vt dixi tanta facta est in corpibus ꝓsuetudo ꝛ ita in hec miro mõ relabẽs foras se nr̃a ꝓiecit intẽtio: vt cũ ab incerto corpe ablata fuerit vt in spiñ mr̃to certiore ac stabiliore cognitione figat: refugiat ad ista: ꝛ ibi apetat req em vñ traxit infirmitatẽ. Cui⁹ egritudini cõgruendũ est: vt si qñ interiora spiritalia accõmodati⁹ distinguere atq; facili⁹ insinuare conamur: de corpalibus exteriorib⁹ similitudinũ documẽta capiamus. Sensu igit̃ corpis exterior hõ ꝓditus sentit corpa: ꝛ iste sensus qõ facile aduertitur quinquipertitus est: videndo: audiendo: olfaciendo: gustãdo: tangẽdo. Sz multũ est ꝛ non necessariũ vt omnes hos q̃n q; sensus id qõ querimus interrogem⁹. Qõ eñ nobis vnus eor renunciat: etiam in ceteris valz. Itaq; potissimũ testimonio vtamur oculor. Is eñ sensus corpis maxime excellit ꝛ est visioni mentis ꝓ sui generis diuersitate vicinior.

De visibili ꝛ vidente atq; visiõe. Ca. II.

Um igitur aliquod corpus videm⁹ hec tria qõ facillimũ est consideranda sunt ꝛ dinoscẽda. Primo ipa res quã videmus siue lapidem siue aliquam flammam siue quid aliud qõ videri oculis potest. quod vtiq; iam esse poterat: ꝛ anteq; videretur. Deinde visio que non erat ꝑusq; rem illã obiectam sensui sentiremus. Tertio qõ in ea re que videtur q̃diu videtur sensum detinet oculor: id animi intentio. In his igitur trib⁹ non solum est manifesta distinctio: sed etiam discreta natura. Primum quipe illud corp⁹ visibile longe alterius nature q̃ sensus oculorum quo sibi met incidente fit visio. Ipaq; visio quid aliud q̃ sensus ex ea re que sentit̃ informat⁹ aparet. Cuius re visibili detracta nulla sit: nec vlla omnino esse possit talis visio: si corpus non sit quod videri queat. Nullo modo tamen eiusdem substantie est corpus quo formatur sensus oculor: cum idez corpus videtur: ꝛ ipa forma que ab eodem imꝑmit̃ sensui que visio vocatur. Corpus eñ visum i sua natura sepabile est. Sensus aũt qui iam erat in animante: etiam ꝑusq; videret qõ videt̃ poss̃et: cũ in aliquid visibile incurreret: vel visio que fit in sensu ex visibili corpe cũ iam cõiunctum est ꝛ videt̃. Sensus ergo vel visio. i. sensus nõ formatus extrinsecus: vel sensus formatus extrinsec⁹: ad animãtis naturã ptinet oĩno aliã q̃ ẽ illud corpus qõ vidẽdo sentim⁹ quo sensus nõ ita format̃ vt sensus sit: ꝫ vt visio sit. Nam sensus ꝛ ante obiectũ rei visibilis nisi esset in nobis nõ distaremus a cecis: dum nihil videmus: siue i tenebris: siue clausis luminib⁹. Hoc aũt distam⁹: qõ nobis ineſt ꝛ nõ videntibus quo videre possim⁹ q̃ sensus vocat̃: illis ꝺo non ineſt. Hec aliunde nisi q; eo carent: ceci apellant̃. Itẽq; illa animi intẽtio que in ea re quã videmus sensum tenet atq; vtrũq; ꝓiungit: non tñ ab ea re visibili natura differt: qñ quidẽ iste anim⁹ illud corpus est sed ab ipo q̃ sensu atq; visione qñ solius animi est hec intentio. Sensus aũt oculor nõ ob aliud sensus corpis ꝺr: nisi q; ꝛ ipsi oculi membra sunt corpis: Et q̃uis nõ sentiant corpus ex anime: aĩa tñ cõmixta corpi ꝑ instrumentũ sentit corporeũ: ꝛ idẽ instrumẽtũ sensus vocatur. Qui etiã passione corpis cuz quisq; excecat̃ intercept⁹ extinguit̃: cum idez maneat anim⁹: ꝛ eius intentio luminib⁹ amissis: cum non habet quidẽ sensum corpis quẽ videndo extrinsec⁹ corpi adiũgat: atq; in eo viso figat aspectũ: visu tñ ipo iudicet se adempto corporis sensu: nec ꝑire potuisse: nec minui. Manet eñ quidã videdi apetit⁹ integer: siue id possit fieri: siue non possit. Hec igit̃ tria: corp⁹ qõ videt̃: ꝛ ipsa visio: ꝛ que vtrũq; coniungit intẽtio: manifesta sunt ad dinoscendũ: nõ solũ ꝓpter ꝓpria singulor: verũetiã ꝓpter differentiã naturar. Atq; in his cum sensus nõ ꝓcedat ex corpe illo quod videt̃: sed ex corpe sentiẽtis animantis: cui aĩa suo quodaz miro mõ cõtempat̃: tñ ex corpe quod videt̃ gignit̃ visio. i. sensus ipe format̃: vt iam nõ tñ sensus q̃ etiã in tenebris esse integer põt: dum est in columitas oculor: sed etiã sensus informat⁹ sit: q̃ visio vocat̃. Gignit̃ ꝫ ex re visibili visio: ꝫ nõ ex sola: nisi assit ꝛ videẽs. Quocirca ex visibili ꝛ videre gignit̃ visio: ita sane vt ex vidente sit sensus oculorũ: ꝛ aspiciẽtis atq; intuentis intentio. Illa tñ informatio sensus: que visio dicit̃ a solo imꝑimat̃ corpe qõ videt̃. i. a re aliqua visibili: q̃ detracta: nulla remanet forma que inerat sensui dũ adesset illud qõ videbat̃. sensus tñ ipe remanet q̃ erat ꝛ ꝓiusq; aliq̃d sentiret̃: velut in aqua vestigiũ tãdiu est: donec ipm corpus qõ imꝑimit̃ ineſt: quo ablato nullũ erit: cũ remaneat aqua que erat: ꝛ anteq; illã formã corpis capet. Idcoq; nõ possumus quidẽ dicere q; sensum gignat res visibilis: gignit tñ formã velut similitudinẽ suam que fit in sensu. cum aliq̃d videndo sentimus Sed corpis formã qõ videmus: ꝛ formã q̃ ab illa in sensu videntis fit peundẽ sensum non discernim⁹: qñ tanta ꝓiunctio est: vt non pateat discernendi locus. Sed rõne colligimus nequaq; nos potuisse sentire: nisi fieret in sen

lu nostro aliqua similitudo conspecti corpis· Nec enī cū anulus cere imp̄mit: iō nulla ima go facta est q̄ nō discernit: nisi cū fuerit sepa ta· Sed q̄n̄ post cerā sepatā manet q̄ factuz est vt videri possit: ꝓpterea facile ꝑsuadetur q̄ inerat iam cere forma impssa ex anulo: ⁊ asi q̄ ab illa separet· Si aūt liquido humori ad iūgeret anul⁹: eo detracto nihil imaginis ap pareret· Nec iō tñ discernē rō non deberet: fu isse in illo humore añq̄ detraheret: anuli for mam factā ex anulo q̄ distinguēda ē ab ea for ma que in anulo est vñ ista facta est: q̄ detrac to anulo nō erit: q̄uis illa ī anulo maneat vñ ista facta est· Sic sensus oculoz nō iō non ha bet imaginē corpis q̄ videtur q̄diu videtur q̄ eo detracto nō remanet· Ac p hoc tardio rib⁹ ingenijs difficillime ꝑsuaderi pōt forma ri in sensu nostro imaginē rei visibilis cū eam videmus ⁊ eandē formā esse visionē· Sed qui forte aduerterit q̄ cōmemorabo: non ita in hac inquisitiōe laborabūt: plerūq̄ cū diuscu le attēderimus queq̄ luminaria: ⁊ inde ocu los clauserimus: quasi ꝟsant in cōspectu qui dem lucidi colores varie sese cōmutantes: ⁊ minus minusq̄ fulgētes donec oīno desistant Quas intelligēdū est reliquias esse forme il lius q̄ facta erat in sensu: cū corpus lucidū vi deretur paulatimq̄ ⁊ quodāmō gradatim de ficiendo variari· Nam ⁊ insertaq̄ fenestrarū cancelli: si eos forte intuebamur: sepe in illis apparuere coloribus vt manifestū sit hāc affe ctionem nr̄o sensui ex ea re que videbat̄ im pressam· Erat ḡ etiam cū viderem⁹ ⁊ illa erat clarioz ⁊ expssior: sed multū ꝓiuncta cū specie rei eius que cernebat̄ vt discerni oīno nō pos set ⁊ ipa erat visio· Quinetiā cū lucerne flam mula mō quodā diuaricatis radijs oculoq̄ q̄si geminat̄: due visiones sunt: cum sit res vna q̄ videt̄· Sigilla tim q̄pe afficiunt̄ idem radij de oculo suo quiq̄ emicātes: dum non ſ̄ unt̄ ī il lud corpus intuendū pariter cōiunctiq̄ con currere vt vnus fiat ex vtroq̄ cōtuit⁹· Et iō si vnū oculum clauserimus nō geminū ignē: ꝟ si cuti est vnū videbimus· Cur aūt sinistro clau so illa species desinet videri que ad dextrum erat: vicissimq̄ dextro clauso illa interm oriē que ad sinistrum erat: ⁊ longū est ⁊ rei ꝓsenti non necessariū mō querere atq̄ disserere· Nec enī ad susceptā q̄oem satis est: nisi fieret ī sensu nostro quedam imago simillima rei eiꝰ quam cernimus: non ꝟm oculoq̄ numeq̄ flā me species geminaret̄: eum quidem cernen di modus adhibitus fuerit: qui possit concur sum separare radioq̄· Ex vno quippe oculo q̄ libet modo deducto aut impresso aut intorto si alter clausus ē duplicit̄ videri aliquid q̄ sit vnū nullo pacto potest· Que cum ita sint tria hec q̄uis diuersa natura quemadmodum in quandam vnitatem cōtemperent̄ memineri mus: id est species corporis que videtur ⁊ im pressa eius imago sensui q̄ est visio: sens⁹ for matus ⁊ voluntas animi que rei sensibili sen sum admouet: in eoq̄ ipaz visionē tenet. Ho rum primum: id est res ipa visibilis non perti net ad animantis naturam: nisi cū corpus no strum cernimus Alterum autem ita pertinet vt ⁊ in corpe fiat: ⁊ p corpus in anima: fit enim in sensu qui neq̄ sine corpore ē: neq̄ sine ani mo· Tertium vero solus anime est: quia volū tas est· Cum igitur horum trium tam diuerse substantie sint: tamen in tantam coeunt vni tatem: vt duo priora vix intercedente iudice ratione discerni valeāt: spēs videlicet corpis q̄ videt̄· ⁊ imago eiꝰ q̄ fit in sensu· id est visio· Uolūtas aūt tantā vim habet copulandi hec duo: vt ⁊ sensum formandū admoueat ei rei q̄ cernit̄· ⁊ in ea formatū teneat· Et si tā violēta est vt possit vocari amor· aut cupiditas· aut li bido· etiā ceterum corpus animātis vehemē ter afficit· Et vbi non resistit pigrior durioq̄ materies· in similē spēm colorem q̄ cōmutat licet videre corpusculū chameleontis· ad co lores quos videt facillima cōuersione variari Alioq̄ aūt animaliū quia non est ad conuersi onem facilis corpulentia: fetus plerūq̄ ꝓdūt libidines matrum cum quid magna delectōe conspexerit· Quid enī teneriora atq̄: vt ita dixe rim: formabiliora sunt ꝓmordia seminū: tā ef ficaciter ⁊ capaciter sequunt̄ intentionē ma terne anime: ⁊ que in ea facta est phantasiam p corpus q̄ cupide aspexit· Sunt exempla q̄ copiose commemorari possint: sed vnum suf ficit de fidelissimis libris: quo d fecit Job· vt oues ⁊ capre varios coloribus parerent sup ponendo eis varia virgulta in cannalibus a quarum: que potantes intuerentur eo tem pore quo conceperant· Sed anima ratiōna lis deformiter viuit: cum ꝟm trinitatem exte rioris hominis viuit· id est cum ea que foris secus sensum corporis formant: non laudabi lem voluntatem qua hec ad vtile aliquid re ferat: sed turpem cupiditatem qua his inhe reſcat accommodat· Gen. 30.

De memoria q̄ visoq̄ imago retinet̄: ⁊ ītēti one aīe q̄ ī vtrūq̄ currit̄· Ca· III·

q Uia etiā detracta specie corpis que corpaliter sentiebat̄: remanet ī me moria similitudo eius quo rursus voluntas

conuertat aciē vt inde formeť intrinsec⁹: sicut ex corpe obiecto sensibili sensus extrinsecus formabať. Atq; ita sit illa trinitas ex memoria ⁊ interna visione: ⁊ que vtrunq; copulat volūtate: que tria cū in vnū coguntť: ab ipso coactu cogitatio dr. Nec iā in his tribus diuersa ſba est. Neq; eīm aut corpus illud sensibile ibi est qđ oīno discretū est ab animantis natura: aut sensus corpis ibi formať vt fiat visio: aut ipa volūtas id agit vt formandū sensu sensibili corpi admoueat eoq; formatū detineat. Sed ꝑ illa specie corpis q̄ videbať extrinsec⁹ succedit memoria retinēs illā speciē quam p corpis sensum cōbibit aīa: pq; illa visione que foris erat cum sensus ex corpe visibili formareť: succedit int⁹ similis visio: cū ex eo qđ mēoria tenet: formať acies animi ⁊ absentia corpa cogitanť. Volūtasq; ipa quō foris corpi obiecto formandū sensum admouebat: formatūq; iungebat: sic aciē recordantis animi ꝓuertit ad memoriā: vt ex eo qđ illa retinuit ista formeť: ⁊ sic in cogitatōe simil visio Sicut aūt rōne discernebať species visibilis qua sensus corpis formabať: ⁊ eius similitudo que fiebat in sensu formato vt esset visio: alioquin ita erāt ꝓiuncte: vt oīno vna eadēq; putareť: sic illa phantasia cum anim⁹ cogitat speciē visi corpis: cū pstet ex corpis similitudine: quā memoria tenet: ⁊ ea q̄ inde formať i acie recordātis animi: tñ sic vna ⁊ singularis apparet: vt duo quedā esse nō inueniantť nisi iudicante rōne: qua intelligim⁹ aliud eē illud qđ in memoria manet: etiā cum alīunde cogitam⁹ ⁊ aliud fieri cū recordamur. i. ad memoriā redim⁹: ⁊ illic inuenim⁹ eādē speciē. Que si iā ibi nō esset: ita oblitos nos eē diceremus vt oīno recolere nō possem⁹. Si aūt acies recordantis nō formareť ex ea re que erat i memoria nullo mō fieret visio cogitātis. Sz vtriusq; cōiunctio. i. eius quā memoria tenet: et ei⁹ que inde exprimiť: vt formeť acies recordantis: qr simillime sunt: veluti vnā facit apparere. Cum aūt cogitātis acies auersa inde fuerit: atq; id qđ in memoria cernebať desiterit intueri: nihil forme q̄ impſſa erat in eadem acie remanebit. Atq; inde formabiť: q̄ rursus ꝓūsa fuerit: vt alia cogitatio fiat. Habet tñ illud qđ reliqt in memoria: quo rursus cum id recordamur ꝓuertať ⁊ ꝓuersa formeť atq; vnū cum eo fiat vnde formatur

De imaginibus quas cogitationis acies i tueť in phātasia quā mēoria ꝓcipit. Ca. IIII

n tia nra nascit? Nōne multa dicim⁹ etiā q̄ nescim⁹? Nec dubitantes ea dicim⁹. sz vera esse arbitrātes. q̄ forte si vera sunt: in ipis rebus de quibus loquimur nō in verbo nro vera sūt: quia verbū verū non ē nisi quod de re q̄ scitur gignit. Falsū ē ergo isto modo verbū nr̄m: nō cū mentimur: sed cum fallimur. Cū autem dubitamus: non dū ē verbum de re de qua dubitamus: sed de ipsa dubitatione verbū est. Quāuis em̄ non nouerimus an veq̄ sit vnde dubitamus. tamē dubitare nos nouimus: ac si hoc cū hoc dicim⁹ verum verbū est: quoniā quod nouimus dicim⁹. Quid q̄ etiā mentiri possumus? Quod cū facimus: vtiq̄ volentes et scientes falsum verbū habemus. vbi verū verbum est: mētiri nos hoc em̄ scimus. Et cū mentitos nos esse confitemur: verū dicim⁹. q̄ō scimus em̄ dicimus. Scimus nanq̄ nos esse mentitos. Verbum autē illud quod est deus ⁊ potentius est nob: hoc nō pōt. Non em̄ potest facere quicquam: nisi q̄ viderit patrē facientem. ⁊ non a seipso loquitur: sed a patre illi est omne quod loquitur: cū ipm pater vnice loquit: et magna illi verbi potentia est: non posse mentiri: quia nō pōt esse illic est: ⁊ non: sed est est. non non. Ar

eñ nec verbū dicendū est: quod verū nō est. Sit ita: libens assentior. Quid cū verū ē verbū nr̄m: ⁊ ideo recte verbū vocat: nunq̄d sic dici pōt vel visio de visione: vel scientia de scientia: ita dici potest essentia de essentia: sicut illud dei verbū maxime dicit̄ maxieq̄ dicēdū est. Quid itaq̄: quia non hoc est nobis eē qđ est nosse. Multa quippe nouimus q̄ memoriā quodāmodo viuūt: ita ⁊ obliuione quodā modo moriuntur. atq̄ ideo cū illa iā non sint in noticia nr̄a: nos tñ sumus. Et cū sciētia nostra animo lapso perierit a nobis: nos tñ viuimus. Illa etiā que ita sciuntur vt nunq̄ excidere possint: qñ p̄sentia sūt: ⁊ ad ipsius animi naturā ptinent: vt est illud quod nos viuere scimus. Manet eñ hoc q̄diu animus manet: et q̄ semp manet animus: ⁊ hoc semper manet. Jd ergo ⁊ si qua reperiunt similia: in quibus imago dei potius intuenda est: etiā si semp sciunt: tñ quia nō sp etiā cogitant: quomodo de his dicatur verbū sempiternū. cum verbū nr̄m nr̄a cogitatiō dicat. inuenire difficile est. Sempiternū ē eñ anio viuere. sempiternū est scire qđ viuit. nec tamen sempiternū est cogitare vitā suā: vel cogitare scientiā vite sue. quoniā cū aliud atq̄ aliud ceperit. h̄ desinet cogitare. quāuis non desinat scire. Ex quo fit vt si pōt esse in anio aliqua sciētia sempiterna. ⁊ sempiterna esse nō pōt eiusdē scie cogitatio. ⁊ verbū ver nr̄m intimū nisi nr̄a cogitatiōe nō dicit. solus deus intelligat. habere verbū sempiternū sibiq̄ coeternū. Nisi forte dicendū est ipsam possibilitatē cogitatiōis qñ id qđ scitur etiā qñ nō cogitat. pōt tñ veraciter cogitari verbū esse tā ppetuū q̄ scia ipa ppetua est. Sed qđo est verbū qđ nōdū in cogitatiōis visiōe formatū est? Quō erit simile scie de qua nascit si eius nō habet formā. ⁊ iō iā vocatur verbū quia pōt habere? Tale ē ei ac si p hoc dicat. iō iā vocandū esse verbū. q̄ potest esse verbū. Sed quid est q̄ pōt esse verbū. ⁊ iō iā dignū est verbi noie? Quid est inq̄ hoc formabile nondū q̄ formatū. nisi quiddā mentis nr̄e q̄ hac atq̄ hac volubili quadā motiōe iactamus. cū a nobis nūc hoc. nunc illud sic inuentū fuerit vel occurrerit cogitat? Et tunc fit verū verbū qñ illud qđ nos diximꝰ volubili motiōe iactare ad id qđ scimus peruenerit. atq̄ inde formatur eius omnimodaz similitudinē capiens. vt quō res queq̄ scitur. sic etiā cogitetur. sine voce. sine vocis cogitatione. que p̄fecto alicuius lingue est. si in coz de dicatur. Ac per hoc etiā si concedamus nede controuersia vocabuli laborare videamur iam vocandū esse verbū quiddā illud mentz nostre quod de nostra scientia formari potest etiā p̄ius q̄ forma tū sit. quia iam vt ita dicaz formabile est: quis non videat: quanta hic sit dissimilitudo ab illo dei verbo qđ in forma dei sic est: vt non ante fuerit formabile p̄iusq̄ formatū: nec aliquando esse possit informe? sed sit forma simplex ⁊ simpliciter equalis ei de quo est: ⁊ cui mirabiliter coeterna est.

An volubilitas cogitatiōis in deo esse credenda sit.

Capitulum. XVI.

Quapropter ita dicitur illud dī verbum vt dei cogitatio non dicat: ne aliquid esse quasi volubile credat in deo: quod nunc accipiat: nunc recipiat formam vt verbum sit: eamq̄ possit amittere atq̄ informiter quodammodo volutari. Bene quippe nouerat verba ⁊ vim cogitationis inspexerat locutor egregius qui dixit in carmine: secumq̄ volutat euentus belli varios: id est cogitat. Non ergo ille dei filius cogitatio dei: sed verbū dei dicitur. Cogitatio quippe nostra perueniens ad id quod scimus atq̄ inde formata verbum nostrum verum est. Et ideo verbū dei sine cogitatiōe dei debet intelligi: vt forma ipsa simplex intelligatur: nō habens aliquid formabile qđ esse etiaz possit informe. Dicuntur quidam etiam in scripturis sanctis cogitationes dei: sed eo locutiōis modo: quo ibi et obliuio dei dicitur: que vtiq̄ ad p̄prietatem in deo nulla est. Quāobrem cū tanta sit nunc in isto enigmate dissimilitudo dei ⁊ verbi dei: in qua tamen nōnulla similitudo cōperta est: illud quoq̄ fatendū est: quod etiam cum similes ei erimus quando videbimus eum sicuti est: quod vtiq̄ qui dixit: hanc p̄culdubio que nūc est dissimilitudinē attēdit: nec tunc nature illius erimus equales. Semper enim natura minor est faciente que facta est. Et tunc quidem verbum nostrum non erit falsum: quia neq̄ mētiemur: neq̄ fallemur: Fortassis etiam volubiles non erunt nostre cogitationes ab alijs in alias cuntes ⁊ redeuntes: sed omnē scientiam nostram vno simul conspectu videbimus. Tamen cum et hoc fuerit: si et hoc fuerit formata erit creatura que formabilis fuit vt nihil iam desit eius forme: ad quam peruenire deberet. Sed tamen coequanda non erit illi simplicitati vbi nō formabile aliquid formatū vel reformatū

j. Joh. 3.

est:sed forma neq informis:neq formata ipsa ibi eterna est immutabilisq substantia.

De spūsancto qui patri ac filio equalis accipitur:τ vtriusq spūs dicit:τ charitatis noīe intelligit cum quelibet in trinitate persona sit charitas. Ca.XVII

Atis de patre τ filio τ quātū per hoc speculum atq in hoc enigmate videre potuimus locuti sumus nunc de spiritusancto cū tū deo donante videre concedit disserendum est:qui spūscūs fm scpturas sanctas nec patris solius ē:nec filij solius sed amboz:τ ideo cōmunē qua seinuicem diligunt pater τ filius:nobis insinuat charitatē Ut aūt nos exerceret sermo diuinus: nō res in promptu sitas:sed in abdito scrutandas:et ex abdito eruendas:maiori studio fecit inqri Nō itaq dixit scriptura :spūssanctus caritas
1.Joh.4. est:qō si dixisset:nō pua partē questiōis istius abstulisset:sed dixit:deus charitas est:vt īcertum sit:τ ideo requirendū:vtruz deus pater sit charitas:an deus filius:an deus spūssanctus an deus ipsa trinitas. Neq em dicturi sumus Non propterea deū dictū esse charitatem qō ipsa charitas nulla sit substātia:que dei digna sit nomine:sed q donū dei sit:sicut dictū ē deo
Ps.70 Qm tu es patientia mea:. Neq em propterea dictū est:quia dei substantia ē nostra patiētia:sed q ab ipso:nobis est:sicut alibi legituri
Ps.61. Ps.70. qm ab ipo patientia mea. Hūc quippe sensum facile refellit scpturarum ipa locutio. Tale est
Ibidem. em:tu es patientia mea:qle est:dne spes mea
Ps.58. τ deus meus:misericoz dia mea:τ multa similia. Nō est aūt dictū:dne charitas mea:aut tu es charitas mea:aut tu deus charitas mea: ita dictū est:deus charitas est:sicut dictum ē:
1.Joh.4. Joh.4. deus spiritus est. Hoc qui nō discernit intellectum a dño:nō expositionem querat a nobis
1.Joh.4. Nos em aptius quicq possumus dicere. Deꝰ ergo charitas est. Utrū aūt pater:an filiꝰ:an spiritussanctus:an ipsa trinitas:quia τ ipa nō tres dij:sed vnus deus:hic querit. Sed iaz in hoc libro supius disputaui:nō sic accipiendaz esse trinitatē que deus est:ex illis tribus q in trinitate nostre mentis ostendimus:vt tanq memoria sit omniū triū pater:τ intelligentia omniū triū filius:τ charitas omniū triū spūs sanctus Quasi pater nec intelligat sibi nec diligat:sed ei filius intelligat:τ spūssanctꝰ ei diligat:ipse aūt sibi τ illis tm meminerit. Et filius nec meminerit nec diligat sibi:ꝑ meminerit ei pater.τ diligat ei spūssanctus:ipe autē τ sibi τ illis tantūmodo diligat. Itēq spiritus sanctus nec meminerit nec intelligat sibi:sed meminerit ei pater:τ itelligat ei filius:ipe aūt τ sibi τ illis non nisi diligat. Sed sic potius vt omnia tria:τ omnes τ singuli habeant in sua quisq natura. Nec distēt in eis ista:sicut in nobis aliud est memoria:aliud est intelligentia aliud dilectio siue caritas:sed vnū aliquid sit quod omnia valeat:sicut sapientia:τ sic habeatur ī vniuscuiusq natura:vt qui habet:hoc sit qō habet:sicut immutabilis simplexq substantia. Si ergo hec ītellecta sunt:τ quantū nobis in rebus tantis videre τ coniectare cōcessuz est:vera esse claruerunt:nescio cur nō sicut sapientia τ pater dicitur:τ filius et spiritussanctus:τ simul omnes non tres:sed vna sapientia:ita et caritas et pater dicatur et filius:et spiritussanctus:τ simul omnes vna caritas. Sic enim et pater deus:τ filius deus:τ spiritussanctus deus.τ simul omnes vnus deus. Et tamen nō frustra in hac trinitate non dicitur verbū dei nisi filius:nec donuz dei nisi spiritussanctus:nec de quo genitū est verbū: nec de quo procedit principaliter spiritussanctus nisi deus pater:Ideo autē addidi principaliter:qz et de filio spiritussanctus procedere reperitur. Sed hoc quoq illi pater dedit non iam existenti et nondū habenti:sed quicquid vnigenito verbo dedit gignendo dedit Sic ergo eum genuit:vt etiā de illo donū cōmune procederet:et spiritussanctus:spiritus esset amboz um. Non est igitur accipiēda trāseunter:sed diligenter intuenda īsepabilis trinitatis ista distinctio. Hinc em factum est: vt ꝓpie dei verbū etiā dei sapia diceret:cū sit sapientia τ pater et spiritussanctus. Si ergo ꝓpie aliquid hoz triū caritas nuncupanda est:quid aptius q vt hoc sit spiritussanctꝰ vt scilicet in illa trinitatī simplici summaq natura:non sit aliud substantia:et aliud caritas sed substantia ipsa sit caritas:et caritas ipsa sit substantia:siue in patre.siue in spiritusancto: et tamen propie spiritussanctus caritas nuncupetur. Sicut legis nomine aliquando simul omnia veteris instrumenti sanctarum scripturarum significantur eloquia. Nam ex
1.Cor.14 propheta Esaia testimonium ponens apostolos vbi ait:In alijs linguis et alijs labijs loquar populo huic:premisit tamen in lege scriptum est. Et ipse dominus in lege inquit eoz
Ps.34 scriptum est. Quia oderunt me gratis: cum hoc legatur in Psalmo. Aliquando autem
Mat.11 propie vocatur lex que data est per Moysen:scom quod dictum est. Lex et Prophete vsq ad Johannem: et in his duobus
Ibid.22. preceptis tota lex pendet et Prophete. Hic

vtiq; ꝓprie lex appellata est de monte Syna. Luc. 24. Prophetaꝝ aũt noie etiam psalmi significati sunt: ⁊ tamen alio loco ipse saluator. Oportebat inquit impleri oĩa que scripta sunt in lege ⁊ ꝓphetis ⁊ psalmis de me. Hic rursus ꝓphetaꝝ nomen exceptis psalmis intelligi voluit. Dicit ergo lex vniuersaliter cum ꝓphetis ⁊ psalmis: dicit ⁊ ꝓprie que per moysen data est. Item dicunt cõmuniter ꝓphete simul cũ psalmis: dicunt ⁊ ꝓprie ꝑter psalmos. Et multis alijs exemplis doceri possunt multarũ rex vocabula: ⁊ vniuersaliter poni: ⁊ ꝓprie quibusdaꝝ rebus abhiberi: nisi in re aperta vitanda sit longitudo sermonis. Hec ideo dixi: ne quisq; ꝓpterea nos incõuenienter existimet charitatem appellare spũmsanctũ: quia ⁊ deꝰ pater ⁊ deus filius potest charitas nũcupari. Sicut ergo vnicum dei verbum ꝓprie vocamus noie sapiẽtie: cum sit vniuersaliter ⁊ spiritussantus ⁊ pater ipse sapientia: ita spũssanctus ꝓprie nuncupat vocabulo charitatis: cũ sit vniuersal'r charitas ⁊ pater ⁊ filius. Sz dei verbum: id est vnigenitus dei filius aperte dictus est dei sapientia: ozc aplico vbi ait: christum dei virtutem ⁊ dei sapiam. Spũs autem sanctus vbi sit dictus charitas inuenimus: si diligenter iohis apostoli scrutemur eloquiuz. 1. Ioh. 4. Qui cum dixisset: dilectissimi diligamus inuicem: quia dilectio ex deo est: secutus adiunxit Ibidem. Et omnis qui diligit ex ẽo natus est. Qui nõ diligit nõ cognouit deum: quia deus dilectio est. Hic manifestauit eam se dixisse dilectionẽ deum: quã dixit ex deo. Deus ergo ex deo est dilectio. Sed quia ⁊ filius ex deo patre natus est: ⁊ spũssanctus ex deo patre ꝓcedit: quem potius eoz hic debeamus accipere dictũ esse dilectionem deũ. merito queri. pater eñ solus ita deus est: vt nõ sit ex deo: ac per hec dilectio que ita deus est: vt ex deo sit: aut filius Ibidem. est: aut spũssanctus. Sed in ꝓsequẽtibus cum dei dilectionẽ cõmemorasset. nõ qua nos euz sed qua ipse dilexit nos. ⁊ misit filium suum liberatorẽ ꝓ peccatis nostris. ⁊ hinc exhortaꝝ esset vt ⁊ nos inuicez diligamus: atq; ita in nobis deus maneat. quia vniq; dilectionem deũ dixerat statim volens de hac re apertius aliq̃d eloqui In hỏ inq̃t cognoscimus quia in ipo manemus ⁊ ipse in nobis quia de spũ suo dedit nobis. Spiritus itaq; sanctus de quo dedit nobis: facit nos in deo manere ⁊ ipsum in nobis: hec autẽ facit dilectio. Ipse est igit deꝰ dilectio. Deniq; paulopost cum hoc ipm repetisset atz dixisset. deus dilectio est. ꝓtinuo subiecit qui manet in dilectione in deo manet et deus manet in eo. Ilñ supra dixerat. In hoc cognoscimus quia in ipso manemus ⁊ ipse in nobis. quia de spũ suo dedit nobis. ipse ergo significat vbi legitur deus dilectio est. Deus igitur spũssanctus qui ꝓcedit ex deo. cum datus fuerit homini accendit eum in dilectionẽ dei ⁊ ꝓximi. ⁊ ipse dilectio est. Non eñ habet homo vnde deũ diligat nisi ex deo. Propter qõ paulopost dicit. Nos diligamus qz ipse ꝓdilexit nos. Apl'us quoq; paulus. Dilectio inq̃t dei diffusa est in cordibus nostris ꝑ spiñsanctũ qui datus est nobis.

Ibidem. Roma. 5

De excellentia charitatis que ita ex deo cõ vt ipsa sit deus. Ca. XVIII.

n Illum est isto dei dono excellentius Solum est qõ diuidit inter filios regni eterni ⁊ filios perditiõis eterne. Dant ⁊ alia ꝑ spiñsanctũ munera ꝫ sine charitate nihil ꝓsunt. Nisi ergo tantũ impiaꝫ cuiq; spũssanctus vt eũ dei ⁊ ꝓximi faciat amatorẽ a sinistra nõ transferꝫ ad dextrã. Hec spũs ꝓprie dicit donũ nisi ꝓpter dilectionẽ. Quã q̃ nõ habuerit si linguis hoim loquaꝫ tangeloz. 1. Cor. 13. sonans eramentũ est ⁊ cymbalũ tinniens. Et si habuerit ꝓphetiã ⁊ scierit omnia sacramenta ⁊ oẽm sciam. ⁊ si habuerit oẽm fidem ita vt montes transferat nihil est. Et si distribuerit oẽm substantiã suã: ⁊ si tradiderit corpus suũ vt ardeat: nihil ei ꝓdest. Quantũ ergo bonũ est: sine quo ad eternã vitã neminẽ bona tãta ꝓducunt. Ipsa ẽo dilectio siue charitas (nam vnius rei est vtrũq; nomen) si habeat eã q̃ nõ loquit linguis: nec habet ꝓphetiam: nec oĩa scit sacramenta: omnẽq; scientiã. nec distribuit oĩa sua pauperibus. vel nõ habendo qõ distribuat: vel aliq̃ necessitate phibitus: nec tradit corpus suũ vt ardeat: si talis passionis nulla temptatio est: ꝓducit ad regnũ: ita vt ipsaz fidem nõ faciat vtilem nisi charitas. Sine charitate quippe fides potest quidem esse: sed nõ ⁊ ꝓdesse. Propter quod et apostolus paulus In christo inquit iesu neq; circumcisio: neq; ꝑ Gal. 5. pucium aliquid valet: sed fides que per dilectionem operatur. Sic eam discernens ab ea fide: qua ⁊ demones credunt ⁊ contremiscũt Dilectio igitur que ex ẽo est ⁊ deus est: ꝓprie Jaco. 2. spiritussantus est: per quem diffundit in cordibus nostris dei charitas: per quam nos tota inhabitat trinitas. Quocirca rectissime spiritussanctus cum sit deus: vocatur etiã donũ dei. Quod donum ꝓprie quid nisi charitas intelligenda est: que perducit ad deum: et sine qua quodlibet aliud donum dei non perducit ad eum.

Ibi. s.

Qua ratione donum dei dicat spiritussanctus. Caplm. XIX.

Et hoc pbandū est: dei donū dictū esse in sacris litteris spūmsanctū. Si hoc expectat: habemus in euāgelio

Joh. 7. fm iobem: dñi iesu xpi vba dicētis. Si qs sitit veniat ad me et bibat. Qui credit in me sicut dicit scriptura: flumina de ventre eius fluent aque viue. Porro euāgelista secutus adiūxit

Ibidem. hoc aūt dixit de spū quē accepturi erant cre-
j. Cor. 10 dentes in eū. Eñ dicit etiā paulus aplus. Et oēs vnū spūm potauimus. Utq aūt donum dei sit apellata aqua ista: qō et spūssanctus: hz querit. Sed sicut hic inuenimus hanc aquaz spūmsanctū esse: ita iuenimus alibi in ipso euāgelio: hanc aquā donū dei apellatā. Nazdns idem qñ cū muliere samaritana ad puteū lo-

Joh. 4. quebat: cui dixerat. Da mihi bibere: cum illa dixisset q iudei nō coutunt samaritanis. Rñdit iesus et dixit ei. Si scires donū dei: et quis est qui dicit tibi: da mihi bibere: tu forsitan petisses ab eo: et dedisset tibi aquā viuam. Dixit ei mulier. Dñe neq in quo haurias habes: et puteus altus est. uñ ergo habes aquā viuam tē. Respondit iesus et dixit ei. Omnis q bibe-

Ubi. s. berit ex hac aqua sitiet itez. Qui aūt biberit ex aqua quā ego dabo ei: nō sitiet in eternum sed aqua quā ego dabo ei: fiet in eo fons aque saliētis in vitam eternā. Quia ergo hec aqua viua: sicut euangelista exposuit: spūs est scūs pculdubio spūs donū dei est. De quo hic dns

Joh. 7. ait. Si scires donū dei: et quis est qui dicit tibi: da mihi bibere: tu forsitan petisses ab eo et dedisset tibi aquā viuam. Nam qō ibi ait. Flumina de ventre eius fluēt aque viue: hoc isto lo-

Ibidē. 4 co. Fiet in eo inquit fons aque salientis in vi-
Eph. 4 tam eternā. Paulus quoq aplus. Unicuiq inquit nostrū data est gratia fm mensurā donationis christi. Atq vt donationē christi spi-

Ibidem. ritūsanctū oñderet: secut⁹ adiūxit. Propter qō dicē. Ascēdit in altū captiuauit captiuitatē: dedit dona hominib⁹. Notissimū est aūt dñm iesum cū post resurrectionem a mortuis ascē disset in celum: dedisse spūmsanctū: quo impleti qui crediderūt: linguis oīm gentium loquebant. Nec moueat q ait dona nō donum. Jd eñ testimoniū ex psalmo posuit. Hoc autē in

Ps. 67. psalmo ita legitur. Ascendisti in altū: captiuasti captiuitatē: accepisti dona in hominibus. Sic eñ plures codices habēt: et maxime greci: et ex hebreo sic interptatum habemus. Do-

Heb. 4. na itaq dixit aplus: quēadmodū ppheta: nō

Ps. 67. donū. Sed cū ppheta dixerit: accepisti in ho-
Eph. 4 minibus: aplus maluit dicere: dedit dona hominibus: vt ex vtroq. s. verbo vno pphetico apostolico altero: quia in vtroq ē diuini sermonis auctoritas: sensus plenissimus redderetur. Utrūq eñ vez est: et qz dedit hoibus: et quia accepit in hoibus. Dedit hoib⁹ tanq caput mēbris suis. Accepit in hominibus idē ipse vtiq in mēbris suis: propter q mēbra sua clamauit de celo: Saule saule qd me psequer? Ac Et quib⁹ mēbris suis ait. Qđ vni ex minimis Mt meis fecistis: mihi fecistis. Ipse ergo christus et dedit de celo: et accepit in terra. Porro autē dona ob hoc ambo dixerūt: et pphēta et aplus quia p donū qđ est spūscūs: in cōmune omnibus mēbris christi multa dona que sunt qbusq ppria diuidunt. Nō eñ singuli quiq habēt oīa: sed hi illa: et alij alia: quis ipm donum a quo cuiq ppria diuidunt oēs habeant. id est spūscm. Nam et alibi cū multa dona cōmemorasset. Oīa inqt hec opat vn⁹ atq idem spūs. Cor. 12 ritus: diuidens ppria vnicuiq put vult. Qđ verbū et in epistola que ad hebreos ē inuenit vbi scriptū est. Attestante deo signis et ostētis Heb. 2 et varijs virtutibus: et spūssancti diffinitionibus Et hic cum dixisset. Ascendit in altum captiEph. 4 uauit captiuitatem: dedit dona hominibus: Qđ aūt ascendit ait: quid est nisi quia et descē- Ibidem dit in inferiores ptes terre? Qui descendit ipse est et qui ascendit sup oēs celos vt adimpleret omnia. Et ipse dedit quosdam: quidē apostolos: quosdam aūt pphetas: quosdaz vero euāgelistas: quosdā aūt pastores et doctores. Ecce quare dicta sunt oīa dona: quia sicut alibi dicit. Nunquid oēs apostoli? nunquid j. Cor. 12 oēs pphete tē. Hic aūt adiunxit. Ad cōsummationem sanctorū in opus ministerij: in edi Eph. 4 ficationem corpis christi. Hec est domus que sicut psalmus canit: edificatur post captiuitatem: qñ qui sunt a diabolo eruti: a quo captiui tenebant: de his edificat dom⁹ christi: que domus apellat ecclesia. Hanc aūt captiuitatem ipse captiuauit: qui diabolum vicit. Et ne illa que futura erant sancti capitis membra in eternum suplicium secum traheret: eum iusticie prius: deinde potentie vinculis alligauit. Ipe itaq diabolus est apellata captiPs. 67 uitas: quem captiuauit qui ascendit in altum et dedit dona hominibus: vel accepit in hominibus. Petrus autem apostolus sicut in eo libro canonico legit: vbi scripti sunt act⁹ aplor loquens de christo: commotis corde iudeis et Act. 2. dicentibus. Quid ergo faciemus fratres mō strate nobis: dixit ad eos. Agite penitentie: et Ibidem. baptiset vnusquisq vestrum in nomine iesu christi in remissionē pcōr: et accipietis donuz

ſpūſſancti· Jtēq̄ in eodē libro legit: ſimonem magū apoſtolis dare voluiſſe pecuniaz: vt ab eis acciperet poteſtatē q̄ p impoſitionē manꝰ eius dareť ſpūſſanctus· Cui petrus idem· Pecunia inquit tua tecū ſit in pditionē: q̄ donuz dei eſtimaſti te p pecunias poſſidere· Et alio eiuſdem libri loco: cuz petrus cornelio ⁊ eis q̄ cū eo fuerant loquereť: annūcians ⁊ pdicans xp̄m: ait ſcriptura· Adhuc loquēte petro verba hec· cecidit ſpūſſanctus ſup oñes q̄ audiebant verbū: ⁊ obſtupuerūt q̄ ex circūciſione fideles ſimul cū petro venerāt: q̄ ⁊ in natiōes donū ſpūſſancti effuſum eſt· Audiebant eñ illos loquētes linguis: ⁊ magnificantes deum: de quo facto ſuo q̄ incircūciſos baptizauerat quia p̄ uſq̄ baptizareť: vt nodū q̄ſtionis huius auferret: in eos venerat ſpūſſanctus· Cū petrus poſtea redderet rōnem fratribus qui erant hieroſolymis· ⁊ hac re audita mouebāť ait poſt cetera· Cū cepiſſet aūt loqui ad illos: cecidit ſpūſſanctus in illos ſicut ⁊ in nos in initio· Memoratuſq̄ ſum v̄bi dñi ſicut dicebat: q̄ iohes q̄dem baptizauit aqua: vos aūt baptizabimini ſpūſancto· Si igiť equale donū dedit illis: ſicut ⁊ nobis q̄ credidimus i dominū ieſuz xp̄m: ego q̄s erā q̄ poſſem phibere deū nō dare illis ſpm̄ſanctum?· Et multa alia ſunt teſtimonia ſcripturaz: que p̄corditer arteſtanť donū dei eſſe ſpūmſanctū: in quantuz dať eis q̄ p eum diligūt deum· Sed nimis longū eſt cuncta colligere: ⁊ quid eis ſatis eſt: q̄bus hec que diximus ſatis nō ſunt· Sane aūt monendi ſunt q̄ſquidem donū dei iam vidēt dictum ſpūmſanctū: vt cū audiūt donū ſpūſſancti: illud genus locutionis agnoſcāt: qđ dictū eſt in expoliatione coꝛpis carnis· Sicut ei coꝛpus carnis nihil eſt aliud q̄ caro: ſic donuz ſpūſſancti nihil aliud eſt q̄ ſpūſſanctus· In tātum ergo donū dei eſt: inquantū daťeis q̄bus dať· Apud ſe aūt deus eſt ⁊ ſi nemini deť: q̄ deus erat patri ⁊ filio coeternus anteq̄ cuiq̄ dareť· Nec q̄ illi dant ipſe dať: ideo minoꝛ eſt illis· Jta eñ ſicut donū dei dať: etiā ſeip̄m dat deus· Non eñ dici poteſt nō eſſe ſue poteſtatis de quo dictū eſt· Spūs vbi vult ſpirat· Et illō apoſtolicū qđ iam ſupra cōmemoraui· Omnia hec opatur vn⁹ atq̄ idem ſpūs: diuidens p̄pria vnicuiq̄ put vult· Non eſt illic p̄ditio dati: ⁊ dñatio dantium: ſed p̄cordia dati ⁊ donātiū· Quapꝛopter ſi ſancta ſcriptura pclamat· Deus charitas eſt: illa que ex deo eſt: ⁊ in nobis id agit vt in deo maneamus: ⁊ ipſe in nob ⁊ hoc inde cognoſcimus: q̄ de ſpiritu ſuo dedit nobis: ipſe ſpūs ei⁹ eſt: deus charitas· Deinde ſi in donis dei nihil maius eſt charitate: ⁊ nullum eſt maius donū dei q̄ ſpūſſcūs: quid cōſequētius q̄ vt ipſe ſit charitas: que dicitur ⁊ deus ⁊ ex deo:· Et ſi charitas qua pater diligit filium: ⁊ patrē diligit filius: ineffabiliter cōmunionē demonſtrat ambozū: qđ cōueniētius q̄ vt ille dicať charitas p̄pꝛie: q̄ ſpūs ē cōmunis ambobus: Hoc eñ ſani⁹ credit vel intelligit: vt nō ſolus ſpūſſcūs charitas ſit in illa trinitate: ſed nō fruſtra p̄pꝛie charitas nuncupeť: p̄opter illa que dicta ſunt· Sicut nō ſolus eſt in illa trinitate: vel ſpūs vel ſanct⁹: q̄ ⁊ pater ſpūs: ⁊ filius ſpūs: ⁊ pater ſanctus ⁊ filiꝰ ſanctus: qđ nō ambigit pietas: ⁊ tñ iſte nō fruſtra p̄pꝛie dicit ſpūſſctūs· Quia eñ eſt cōis ambobus. id vocať ipe p̄pꝛie qđ ambo communiter· Alioq̄n ſi in illa trinitate ſolus ſpūſſanctus eſt charitas: p̄fecto ⁊ filius nō ſoliꝰ patris: verumetiam ſpiritusſancti filius inuenitur· Jta enim locis innumerabilibus dicit ⁊ legitur: filius vnigenitus dei patris: vt tamē ⁊ illō verum ſit quod apoſtolus ait de deo patre· Qui eruit nos de poteſtate tenebꝛarum: ⁊ tranſtulit in regnū filij charitatis ſue· Nō dixit: filij ſui: quod ſi diceret veriſſime diceret: quēadmodum quia ſepe dixit veriſſime dixit: ſed ait: filij charitatis ſue· Filius ꝝ eſt etiā ſpiritusſancti: ſi non eſt in illa trinitate charitas: niſi ſpiritusſanctus· Quod ſi abſurdiſſimum eſt: reſtat vt non ſolus ibi ſit charitas ſpiritus ſanctus: ſed p̄opter illa de quibus ſatis diſſerui p̄pꝛie ſic vocetur· Quod autem dictum eſt· Filij charitatis ſue: nihil aliud intelligať q̄ filij ſui dilecti: q̄ filij ſui poſtremo ſubſtantie ſue· Charitas quippe patris que in natura eiꝰ eſt ineffabiliter ſimplici: nihil eſt aliud q̄ eius ipa natura atq̄ ſubſtātia: vt ſepe iam diximꝰ: ⁊ ſepe iterare nō piget· Ac per hoc filius charitatis eius nullus eſt alius: q̄ qui de ſubſtantia eius eſt genitus·

Contra eos qui vnigenitum dei nō paterne nature: ſed voluntatis filium eſſe dixerūt·

Co circa ridenda eſt dialectica eunomij: a quo eunomiani heretici exoꝛti ſunt· Qui cum non potuiſſet intelligere: nec credere voluiſſet vnigenitum dei verbuz per quod facta ſunt omnia: filium dei eſſe naturā: hoc eſt de ſubſtantia patris genitum: non nature vel ſubſtantie ſue ſiue eſſentie dixit eē filium: ſed filium voluntatis dei: accidentem ſcz deo: volēs aſſerere volūtatē qua gigneret filiū: vicz: quia nos aliq̄d aliq̄n volumꝰ quod antea non volebamus: quaſi nō p̄opter iſta

Act·8.
Ibidē·10
Ibidē·11
Ibidem.
Joh·3
1·Cor·12
1·Joh·4.
Colo·1
Ibi·ē
Joh·1

mutabilis ĩtelligat̃ nostra natura: qd̃ absit vt in deo esse credamus. Neq; em̃ ob aliud scri-
Prou. j9 ptũ est. Multe cogitationes in corde viri: cõsilium aũt dñi manet in eternuz: nisi vt intelligamus siue credamus: sicut eternũ deum: ita eternũ eius esse ꝯsilium: ac ꝑ hoc ĩmutabile sicut ipse est. Qd̃ aũt de cogitationib⁹: h̃ etiã d̃ volũtatibus verissime dici põt. Multe voluntates in corde viri. volũtas aũt dñi manet in eternũ. Quidã ne filiũ ꝯsilij vel volũtatis dei dicerent vnigenitũ verbũ: ip̃m ꝯsilium seu voluntatẽ patris idem verbũ esse dixerũt. Sed melius quantũ estimo dicit̃ ꝯsilium de ꝯsilio: ⁊ voluntas de voluntate: sicut substantia de substantia: sapientia de sapientia: ne absurditate illa quã refellimus filius dicat̃ patrẽ facere sapientẽ vel volentẽ: si nõ habet pater in sb̃stantia sua consiliũ vel voluntatẽ. Acute sane q̃dam respondit heretico versutissime interroganti: vtꝝ deus filiũ volens an nolens genuerit: vt si diceret nolens: absurdissima dei miseria sequeret̃. Si aũt volens: ꝯtinuo qd̃ intendebat velut inuicta rõne ꝯcluderet: nõ nature esse filiũ: sed volũtatis. At ille vigilantissime vicissim quesiuit ab eo: vtrũ deus pater volens an nolens sit deus: vt si respõderet nolens sequeret̃ illa miseria quã de deo credere magna insania est. Si aũt diceret volens: rñderet̃ ei: ergo ⁊ ipse deus est sua volũtate: nõ natura Quid ḡ restabat nisi vt obmutesceret ⁊ sua interrogatione obligatũ insolubili vinculo se videret. Sed volũtas dei si ⁊ ꝓprie dicenda est aliqua in trinitate ꝑsona magis hoc nomen spũsancto cõpetit: sicut charitas. Nã quid est aliud charitas q̃ volũtas. Video me de spũsancto in hoc libro ꝑm scripturas sctãs disputasse: ꝙ fidelibus sufficit scientibus deũ esse spũmsanctũ: nec alterius substantie: nec minorẽ q̃ est pater ⁊ filius: qd̃ in supioribus libris ꝑm easdem scripturas verũ etiam docuimus. De creatura etiã quã fecit deus q̃ntum valuimus admonuimus eos q̃ ratione de re-
Rom. j. bus talibus poscũt vt inuisibilia eius ꝑ ea que facta sunt: sicut possent intellecta ꝯspicerent: ⁊ maxime ꝑ rõnalẽ vel intellectualẽ creaturã que facta est ad imaginẽ dei: ꝑ quã velut ꝑ speculum q̃tũ possent trinitatẽ cernerent deum in nostra memoria: intelligentia: voluntate. Que tria in sua mente naturaliter diuinitus instituta quisq̃s viuaciter perspicit: ⁊ q̃ magnũ sit in ea. vñ potest etiã sempiterna ĩmutabilisq; natura recoli: conspici: amplecti: ꝯcupisci: reminiscit̃ ꝑ memoriã: intuet̃ ꝑ intelligentiã: amplectit̃ ꝑ dilectionẽ: ꝓfecto reperit illi⁹ summe trinitatis imaginẽ. Ad quã summã trinitatẽ reminiscendã: videndã: diligendaz: vt eam recordet̃: eam ꝯtemplet̃: ea delectet̃: totũ debet referre qd̃ viuit. Verũ ne hanc imaginẽ ab eadem trinitate factã ⁊ suo vitio in deterius cõmutatã: ita eidem trinitati oĩ modo existimet similẽ: ꝫ potius in qualicũq; ista similitudine: magnã quoq; dissimilitudinẽ cernat: q̃ntũ esse satis videbat̃ admonui.

De similitudinibus trinitatis diuine que in natura mẽtis ad imaginẽ dei facte reperiri vt cũq; potuerũt. Capl'm. XXI.

Sane deũ patrẽ ⁊ deum filiũ. id est deũ genitorẽ qui omnia que substantialiter habet in coeterno sibi verbo suo dixit quodãmodo: ⁊ ip̃m verbum eius deuz q̃ nec plus nec minus aliquid habet: etiam ipse substantialiter q̃ qd̃ est in illo qui verbum nõ mendaciter: sed veraciter genuit: quẽadmodũ potui: nõ vt illud iam facie ad faciem: sed j. Cor. j3. ꝑ hanc similitudinẽ in enigmate quãtulũcũq; cõijciendo videret̃ in memoria ⁊ intelligẽtia mentis nostre significare curaui: memorie tribuens omne qd̃ scimus: etiam si nõ inde cogitemus. intelligẽtie v̄o ꝓprio quodãmodo cogitatiõis informationẽ. Cogitando em̃ qd̃ verum inuenimus: hoc maxime intelligere dicimur: ⁊ hoc q̃dem in memoria rursus relinquimus. Sed illa est abstrusior ꝓfunditas nostre memorie: vbi hoc etiam ꝑmũ cuz cogitarem⁹ inuenimus. ⁊ gignit̃ intimũ verbũ qd̃ nullius lingue sit: tanq̃ scientia de scientia: ⁊ visio de visione: ⁊ intelligentia que apparet in cogitatione de intelligentia que in memoria iam fuerat sed latebat: q̃q̃ ⁊ ipsa cogitatio q̃ndam suam memoriã nisi haberet nõ reuerteret̃ ad ea que in memoria reliquerat: cũ alia cogitaret. De spiritu aũt sancto nihil in hoc enigmate qd̃ ei simile videret̃ ostendi: nisi volũtatem nostram vel amorẽ: seu dilectionẽ que valentior est voluntas: qm̃ voluntas nostra que nobis naturaliter inest: sicut ei res adiacuerit vl̃ occurrerint q̃bus allicimur aut offendimur. ita varias affectiones habet. Quid ḡ est? Nũ q̃d dicturi sumus voluntatẽ nostrã: qñ recta ẽ nescire q̃d appetat: q̃d euitet? Porro si scit: ꝓfecto inest ei sua q̃dã scĩa q̃ sine mẽoria ⁊ intelligentia esse nõ possit. An v̄o audiẽdus est q̃spiã dicens. Charitatẽ nescire q̃d agat: q̃ non j. Cor. j3. agit perperã? Sicut ḡ inest intelligẽtia: inest dilectio illi mẽorie ꝑncipali in qua inuenimus ꝑatũ ⁊ reconditũ ad qd̃ cogitando possum⁹ ꝑuenire: qꝛ ⁊ duo ista ĩuenim⁹ ibi: qñ nos cogitãdo ĩuenim⁹ ⁊ ĩtelligere aliq̃d ⁊ amare q̃ ibi

erant: ⁊ qñ inde nõ cogitabamus: ⁊ sicut ineſt memoria: ineſt dilectio huic intelligentie que cogitatione formaſ: qõ verbũ veruz ſine vllo gentis lingua intus dicimus: qñ qõ nouimus dicimus: nã niſi reminiſcendo nõ redit ad aliqd: ⁊ niſi amando redire nõ curat noſtre cogitationis intuitus: ita dilectio q̃ viſionẽ in memoria conſtituã: ⁊ viſionẽ cogitationis inde formatã quaſi parentẽ p;olemq; cõiungit: niſi haberet appetendi ſciẽtiã: que ſine memoria ⁊ intelligentia non poteſt eſſe: quid recte diligeret ignoraret.

Tria que ſunt in imagine dei: id eſt memoria intellectus ⁊ amor vnius eſſe pſone: quia hoc nõ eſt ei eẽ qõ hec habere. Capl'm. XXII.

Verum hec qñ in vna ſunt perſona: ſicut eſt homo: põt nobis quiſpiã dicere. Tria iſta memoria: intellectus ⁊ amor: mea ſũt nõ ſua: nec ſibi nec mihi agũt: qõ agũt imo ego per illa. Ego ei me memini p memoriã: intelligo p intelligẽtiã: amo p amorẽ et qñ ad memoriã meã aciem cogitationis aduerto: ac ſic i corde meo dico qõ ſcio: verbũq; verũ de ſcientia mea gignit: vtrũq; meum eſt et ſcientia vtriq; ⁊ verbũ: Ego eñ ſcio: ego dico in meo corde qõ ſcio: ⁊ qñ in memoria mea cogitando inuenio: iã me intelligere: iam me amare aliquid q̃ intellectus ⁊ amor ibi erant: ⁊ anteq; inde cogitarẽ: intellectũ meũ ⁊ amorem meũ inuenio in memoria mea: quo ego intelligo: ego amo nõ ipã. Itẽ qñ cogitatio mea memor eſt: ⁊ vult redire ad ea que in memoria liquerat: eaq; intellecta ꝓſpicere: atq; intũ dicere mea memoria memor ẽ: ⁊ mea vult voluntate non ſua. Ipſe quoq; amor meus cum meminit atq; intelligit quid appetere debeat quid vitare: p meã non per ſuam memoriam meminit: ⁊ per intelligentiã meã non per ſuã quicquid intelligẽter amat intelligit. Qõ breuiter dici põt. Ego p oĩa tria illa memini: ego intelligo: ego diligo: q̃ nec memoria ſum: nec intelligẽtia: nec dilectio. ſed hec habeo. Iſta ergo dici poſſunt ab vna perſona que habet hec tria: non ipa eſt hec tria: In illa vero ſumme ſimplicitate nature que deus eſt: cuius vnus ſit deus: tres tñ perſone ſunt: pater ⁊ filiꝰ ⁊ ſpiritusſanctus. Aliud eſt itaq; trinitas res ipſa: aliud imago trinitatis in re alia: ꝓpter quam imaginẽ ſimul ⁊ illud in quo ſunt hec tria imago dicit: ſicut imago dicitur ſimul ⁊ tabula et quod in ea pictum eſt: ſed ꝓpter picturam que in ea eſt: ſimul ⁊ tabula nomine imaginis appellatur.

Qz vera in dei trinitate vnitas ⁊ cẽ vera in eiuſdem vnitate ſit trinitas. Capl'm. XXIII.

Erũ i illa ſũma trinitate que incõpa
v biliter rebus oĩbus añcellit: tanta ẽ
: inſepabilitas: vt cum trinitas hoim non poſſit dici vnus hõ: in illa vnus deus ⁊ dicatur ⁊ ſit: nec in vno deo ſit illa trinitas: ſꝫ vnꝰ deus. Nec rurſus quẽadmodũ iſta imago qõ eſt hõ habẽs illa tria vna pſona eſt: ita illa ẽ trinitas ſed tres pſone ſunt: pr̃ filij: ⁊ filiꝰ pr̃is: et ſpũs pr̃is ⁊ filij. Quis eñ memoria homis: ⁊ maxime illa quã pecora nõ hñt: id eſt qua res intelligibiles ita cõtinentur vt nõ in eam per ſenſus corꝓris venerint: habeat ꝑ modulo ſuo in hac imagine trinitatis incõpabiliter q̃dem imparẽ: ſed tñ qualẽcunq; ſimilitudinem pr̃is. Itemq; intelligẽtia hois que per intentionem cogitatõnis inde formaſ: qñ qõ ſcitur dicitur: ⁊ nullius lingue cordis verbũ eſt: habeat in ſua magna diſparilitate nõnullã ſimilitudinẽ filij: ⁊ amor hois de ſcientia ꝓcedens ⁊ memoriam intelligentiãq; ꝓiungens: tanq; parenti: ꝓliq; cõis: vñ nec parens intelligiꝫ eſſe: nec ꝓles habeat in hac imagine aliquã licet valde imparem ſimilitudinẽ ſpũſſancti: non tñ ſicut in iſta imagine trinitatis: nõ hec tria vnus homo: ſed vniꝰ hois ſunt: ita in ipa ſũma trinitate cuius hec imago eſt: vnius dei ſunt illa tria: ſed vnus deus eſt: ⁊ tres ſunt ille non vna perſona. qõ ſane mirabiliter ineffabile eſt: vel ineffabiliter mirabile cum ſit vna perſona hec imago trinitatis: ipa vero ſũma trinitas tres perſone ſunt: inſepabilioz eſt illa trinitas pſonarum trium: q̃ hec vniꝰ. Illa q̃p pe i natura diuinitatis ſiue id melius dicatur deitatis qõ eſt: hoc eſt atq; incommutabiliter inter ſe ac ſpequalis eſt. Nec aliqñ nõ fuit aut aliter fuit: nec aliqñ nõ erit: aut aliꝫ erit. Iſta vero tria que ſunt in impari imagine: ⁊ ſi non locis qñ non ſunt corꝓra: tñ inter ſe nunc in iſta vita magnitudinibus ſeparantur. Necq; eñ quia moles nulle ibi ſunt: ideo nõ videmꝰ in alio maiorem eſſe memoriã q̃ intelligentiã Jn alio aũt ecõtra: in alio duo hec amoris magnitudine ſupari: ſiue ſint ipa duo inter ſe eq̃lia ſiue nõ ſint: atq; ita a ſingulis bina: ⁊ binis ſingula: ⁊ a ſingulis ſingula: a maioribus minora vincuntur: ⁊ qñ inter ſe equalia fuerint ab oĩ languore ſanata: nec tũc equabiꝫ rei natura imutabili: ea res que p gr̃az nõ mutabiꝫ qz nõ equaꝫ creatura creatori: etiam qñ ab oĩ languore ſanabiꝫ. Sed hanc nõ ſolũ incorꝓalem: verũ etiã ſũme inſepabilẽ vereq; imutabilẽ trinitatẽ cũ venerit viſio que facie ad faciez

repromittit nobis multo clarius certiusq; vi-
debimus: q̄ nūc eius imaginē: qō nos sumus:
p qō tñ speculū t in ꝙ enigmate qui vident sic
in hac vita videre cōcessum est: nō illi sunt q̄
ea q̄ digessimus t cōmendauimus in sua mēte
cōspiciunt: sed illi q̄ eā tanq̄ imaginē vident:
vt possint ad eū cui⁹ imago est quomōcunq;
referre qō vident t p imaginē quā cōspiciēdo
vident etiā illud videre conjiciendo: qm̄ non
Ibidē dū pūt facie ad faciē. Nō em̄ agit aplūs: vide-
mus nūc speculū: sed videm⁹ nūc p speculum

De his que natura mētis subtiliter intuēt
t eā imaginē dei eē nō sentiūt. Cap. XXIIII

Eli ergo vident suā mentē quō vide
q ri pōt: t in ea trinitatez istam de qua
multi modis vt potui disputaui: nec
tñ eā credunt vel intelligunt esse imaginē dei
speculū quidem vident. sed vsq; adeo nō vi-
dent per speculū eum qui est per speculū nūc
videndus. vt nec ipm speculum quod vident
sciant esse speculū. id est imaginē. Quod ū sci
rent fortassis t eū cuius est hoc speculū. per h̄
querendū. t per hoc vtcunq; interim viden-
dum esse sentirent. fide non ficta corde mun-
dante vt facie ad faciem possit videri. qui per
speculū nūc videtur. Quia fide cordiū mun-
datrice contēpta. q̄d agunt itelligendo que d̄
natura mētis hūane subtilissime disputantur
nisi vt ipa quoq; intelligentia sua teste dānet
In qua vtiq; nō laborarēt: t vix ad certū ali-
q̄d peuenirent: nisi penalibus tenebris inuolu
ti onorati corpore corruptibili qō aggrauat
Sap. 9. aiam. Quo tandē merito inflicto malo isto ni
si pcti. Tñ tanti mali magnitudine admoniti
sequi deberent agnū qui tollit pcta mundi.

Qz beatos faciet fides recta etiā eos q̄ de
natur⁹ incorpeis neq̄unt disputare. Ca. XXV

De eum nāq; pertinentes etiā longe
a istis ingenio tardiores: qñ sine hui⁹
vite resoluuntur a corpe: ius in eis
retinendis nō hūt inuide potestates. Quas
ille agnus sine vllo ab eis pcti debito occisus
nō potentia potestatis p̄iusq; iusticia sangui
nis vicit. Proinde liberā a diaboli ptāte susci-
j. Thi. 2. piuntur ab angelis sanctis a malis oībus libe
rati: p mediatorē dei t hoīm: hoīem iesum xp̄z
qm̄ consonātibus diuinis scripturis: t veteri-
bus t nouisq; t p quas prenunciatus: t p̄s
annūciatus est xp̄s: nō est aliud nomē sub ce-
Actj. 4. lo: in quo oportet hoīes saluos fieri. Constitu-
untur aūt purgati ab oī cōtagiōe corruptō
nis: in placidis sedibus: donec recipiant cor-
pora sua sed iā incorruptibilia que ornēt non
onerēt. Hoc cm̄ placuit optimo t sapientissi-
mo creatori vt spūs hoīs deo pie subdit⁹: ha-
beat feliciter subditū corpus. t sine fine pma
neat ipa felicitas Jbi veritatē sine vlla difficul
tate videbimus: eaq; clarissima t certissima p
fruemur. Hec aliq̄d querim⁹ mēte ratiocinā-
te sed contēplante cernemus quare nō sit fi-
lius spiritussanctus: cū de patre procedat. In
illa luce: nulla erit questio: hic vero ipa expe-
rientia tā mihi apparuit esse difficilis: qō t illis
qui hec diligenter atq; intelligenter legēt p-
culdubio fiēt apparebit: vt cū me in scōo huius
operis libro alio loco inde dicturū esse promi
serim: quotiēscūq; ī ea creatura q̄ nos sum⁹
aliq̄d illi rei sīle oñdere voluī: qualecunq; elo-
quiū meū sufficiens elocutio secuta nō fuerit
q̄uis t in ipo intellectu conatū me senserī ma
gis habuisse q̄ effectū: t in vna quidem psona
qō est hō inuenisse imaginē sūme illius trini-
tatis: t in re mutabili tria illa vt facili⁹ intelli-
gi possent: etiā per tpalia interualla maxime
in libro nono mōstrare voluisse. Sz tria vni⁹
psone nō sic hūana possit intentio: tribus illis
psonis cōuenire potuerunt: sicut in hoc libro
quintodecimo demonstrauimus

Interualla tempor̄ diuine trinitatis nul-
la sunt. Capitulum. XXVI

Einde in illa sūma trinitate q̄ de⁹ ē
d interualla tēpor̄ nulla sunt: p q̄ pos-
sit oñdi aut saltē req̄ri: vtrū prius de
patre natus sit filius: t postea de ambobus p
cesserit spūssanctus: qm̄ scriptura sancta spūs
eū dicit amboz. Jpe est em̄ de quo dicit aplūs Gal. 4.
Qm̄ em̄ estis filij dei misit deus spūs filij sui in
corda vra. Et ipe est de quo dicit idē filij⁹. Mon Mat. 10.
em̄ vos estis q̄ loquimini: s spūs p̄ris vri q̄ lo-
quit in vobis. Et multis aliis diuinor̄ eloquio
rū testimonijs cōprobat patris t filij esse spūs Joh. 15.
q̄ pprie dr̄ in trinitate spūssanctus De q̄ item Jbiō. 14
dic ipe filij⁹. Quē ego mittā vob⁹ pre. Et alio Jbiō. 15
loco. Quē mittet p̄ in noīe meo. De vtroq;
aūt pcedere sic docet: q̄ ipe filius ait. de pre
pcedit. Et cū resurrexisset a mortuis t appa
ruisset discipulis suis: insufflauit t ait. Accipi- Jbiō. 20.
te spūmsanctū: vt eū etiā de se pcedere oñderz
Et ipa est virtus q̄ de ipo exibat (sic legit ī eua Luc. 6.
gelio) t sanabat oēs. Quid ēo fuit causē vt p
resurrectionē suā: t in terra prius daret: t de
celo postea mitteret spūmsanctū: hoc ego exi-
stimo: q̄ p ipm donū diffundit caritas in cor-
dibus nr̄is: qua diligimus deū t primū: scōm
duo illa pcepta: in quib⁹ tota lex pendet t pro Mat. 22
phete. Hoc significans dñs Jesus. bis dedit
spūmsanctū: semel in terra ppter dilectionē p
ximi: t iterū de celo ppter dilectionē dei. Et

si forte alia ratio reddat de spūsctō bis dato:
Joh·20· cunde spūsctūm datū: cū insufflasset iesus: ō q̄
Mat·28 inquit·Jte baptisate gētes i noīe patris ⁊ filij ⁊ spūsci: vbi maxime cōmendat hec trinitas ambigere nō debem⁹·Jpe ē igit qui ō celo etiā datus est die pētecostes·i·post dies decē postq̄ dūs ascendit in celū·Quō ergo de⁹ non est q̄ dat spūsctūm·Immo ēq̄tus de⁹ est q̄ dat deū·Neq̄ eīm aliqs discipl'oz ei⁹ dedit spi
Actj·8· ritūsctūm·Orabāt q̄pe vt veniret i eos q̄bus
Jbidem· manū imponebāt: nō ipi eum dabāt·Quē more in suis ꝓpositis etiā nūc seruat eccl'ia·Deni q̄ ⁊ simon magus offerēs apl'is pecuniā non ait: date ⁊ mihi hanc ptātem vt dem spūsctūm sed cuicūq̄ inq̄t imposuero man⁹ accipiat spi
Jbidem ritūsctūm·Quia neq̄ scriptura supi⁹ dixerat: videns aūt simon q̄ p impositiōz manuū apl'oz dareť spūsctūs·Propter hoc ⁊ dūs ipe iesus spūsctūm: nō solū dedit vt deus·sed etiā accipit vt hō: propterea dict⁹ est plen⁹ gratia·Et manifesti⁹ de illo scriptū est in actibus apl'oz
Jbidē·10 Quūm vnxit eū de⁹ spūsctō·Non vtiq̄ oleo visibili: sed dono gr̄e: qđ visibili significať vnguēto q̄ baptisatos vngit eccl'ia·Nec sane tūc vn
Math·3 ctus est xp̄s spūsctō: qū sup eum baptisatū velut colūba ōscēdit·Tunc eīm corp⁹ suū·i·eccl'iam suā p̄figurare dignat⁹ est: i q̄ ꝑcipue baptisati accipiūt spūsctūm·Sed ista mistica ⁊ inuisibili vnctōe tūc intelligēdus ē vnct⁹: qū ver-
Joh·1· bū dei caro factū ē·i·qū humana natura sine vllis p̄cedentib⁹ bonoz operū meritis dei v̄bo est in vtero virginis copulata: ita vt cū illo fieret vna ꝑsona: ob hoc eīm ꝓfitemur natū de spūsctō: ⁊ virgine maria·Absurdissimuz ē eīm vt credam⁹ eum cū iaz triginta esset ānorum (eius eīm etatis a Joanne baptisat⁹ est) accepisse spūsctūm: sed venisse illū ad baptisma: sicut sine vllo omnino pctō·ita nō sine spi
Luce·1· ritusctō·Si eīm de famulo eius ⁊ p̄cursoze ipo Joanne scriptū est·Spūsctō replebiť iam inde ab vtero matris sue: qm̄ q̄uis seminat⁹ a patre: tū spiritūsctūm in vtero format⁹ accepit quid de hoīe xp̄o intelligendū est vel credendū cui⁹ carnis ipa cōceptio nō carnaľs spirita
Actj·2· lis fuit·Jn eo etiā q̄ de illo scriptū ē: q̄ acceperit a patre ꝓmissionez spūsctī ⁊ effuderit: vtraq̄ natura mōstrata est: ⁊ hūana·s·⁊ diuia accepit q̄pe vt hō: effudit vt de⁹·Nos aūt accipe q̄dē hoc donū possumus ꝓ modulo nostro: effundere aūt sup alios non vtiq̄ possumus·ꝫ vt hoc fiat: deum super eos a quo ō id efficiť inuocamus·Nunquid ergo possumus quere·vtrum iam ꝓcesserat de patre spiritussanctus quando natus est filius: an nōdū ꝓcesserat: ⁊ illo nato de vtroq̄ ꝓcessit vbi nulla sunt tempa: sicut potuim⁹ querere vbi inuenimus tempa: voluntatem ꝓius de hūana mente ꝓcedere·vt querať q̄ inuentū ꝓoles voceť: qua iam parta seu genita volūtas illa pficiť·eo fine requiescēs: vt qui fuerat appetitus querētis sit amoz fruētis·q̄ iā de vtroq̄·i·de gignente mente: ⁊ de genita notione tanq̄ de parente acꝑple ꝓcedat·Non possūt ꝓius ista ibi queri vbi nihil ex tempe incohatur·vt cōsequenti perficiatur in tempe·Qua ꝓpter qui pōt itelligere sine tpe generationez spūsctī de vtroq̄·Et q̄ pōt itelligere i eo qō ait filiꝰ: sicut habet pater vitā in semetipo: nō sine vita existēti iā filio vitā dedisse·ꝫ ita eū sine tpe genuisse·vt vitā quā pater filio gignēdo dedit: coeterna sit vite patris q̄ dedit·intelligat·sicut habet pater in semetipso·vt ō illo ꝓcedat spūsctūs·sic dedisse filio vt de illo ꝓcedat spūsctūs ⁊ vtrūq̄ sine tpe·atq̄ ita dictū Joh·15·
spūsctūm ō p̄re ꝓcedere: vt itelligať q̄ etiā ꝓcedit ō filio: de p̄re esse ⁊ filio·Si eīm q̄cquid habet de patre habet filius·de patre hz vtiq̄ vt de illo ꝓcedat spūsctūs·ꝫ nulla ibi tempa cogitenť que habent ꝓius ⁊ posterius: q: omnino nulla ibi sunt·Quō ergo nō absurdissime filiꝰ diceretur ambox·cum sicut filio p̄stat essentiā sine initio temporis·sine vlla mutabilitate nature de p̄re generatio·ita spūsctō p̄stet essentiā sine initio tpis: sine vlla mutabilitate nature de vtroq̄ ꝓcessio·Jdeo eīm cum spūsctūm genitū nō dicam⁹: dicere tū non audemus ingenitū: ne in ꝟ vocabulo vel duos patres in illa trinitate: vel duos q̄ non sunt ō alio quispiā suspiceť·Pater eīm solus nō est ō alio·ideo solus apellať ingenitus·Non q̄dē in scripturis·sed in cōsuetudine disputantiuz ⁊ de re tanta sermonē qualē valuerint ꝓferētiū·Filius aūt de patre natus est·⁊ spūsctūs de patre principaliter: ⁊ ipo sine vllo tpis intuallo dante: cōmuniter de vtroq̄ ꝓcedit·Dicereť aūt filius patris ⁊ filij: si quod abhoz ret ab oīm sanoz sensibus eum ambo genuissent·Non igitur ab vtroq̄ est genitus: sed ꝓcedit ab vtroq̄ amboꝝ spiritus·

Quid quodam tempoze ad ꝓpm disputatum sit de differentia generationis ⁊ ꝓcessionis spiritussancti· Capl'm·XXVII·

Erū q: in illa coeterna ⁊ equali ⁊ in
v cozpoꝛali ⁊ ineffabiliter immutabili atq̄ inseparabili trinitate: difficillimum est generationem a ꝓcessiōe distingue

